CHRONICON VENETUM

OMNIUM QUÆ

CIRCUMFERUNTUR VETUSTISSIMUM

ET JOHANNI SAGORNINO

VULGO TRIBUTUM

E MSS. CODICE APOSTOLI ZENO V. CI.

NUNC PRIMUM

Cum Mss. Codicibus Vaticanis collatum, Notisque illustratum in lucem profert

H. FR. ZANETTI AL. F.

VENETIIS
MDCCLXV.

SUPERIORUM PERMISSU.

6

CANDIDO LECTORI

S.

Uæ in hoc edendo vetustissimo septingentorum annorum Chronico (quo nullum apud nos pretiosius, sinceriusve) præstitimus, paucis habe, Amice Lector.

I. *Codicem Zenianum summa fide exscripsimus, minime expunctis sive auctoris, sive descriptoris erroribus, idque fecimus, ut genuina imago Mss. Codicis legentibus, quoad fieri poterat, appareret. Hujusmodi*

monumentorum amatores non sane supervaca neam tantam diligentiam, imo si quis velit, superstitionem nostram bene norunt.

II. *Breviusculis adnotationibus ad calcem paginarum textum castigavimus, quoties oportere visum fuit, ne* ἀγραμματία *& barbaries scriptoris, & exscriptoris lectores nimium defatigarent, tædioque conficerent.*

III. *Ceteras quas adjecimus adnotationes, ad illustrationem quorundam locorum obscuriorum subdere placuit; plures, amplioresque daturi, si temporum rerumque nostrarum conditio tulisset.*

IV. *Paulli Warnefridi, vulgo Diaconi loca, quæ non semel neque parce ex Historia Langobard. Chronographus noster excerpserat, præsertim sub initium operis, adnotanda quidem, sed simul prætermittenda putavimus; nimis enim obvia, & omnium manibus trita.*

V. *Chronotaxim Ducum Venetorum, expressis singulorum nominibus, margini adposuimus; quæ in Mss. non erat. Insuper*

nu-

numerationem pagellarum Codicis, folio averso & adverso adnotavimus.

VI. *Cur vero factum sit quod in nostro hocce apographo* XIII *vergente, vel* XIV *ineunte sæculo, si bene vidimus, exarato notæ numerales annorum plerumque obmissæ fuerint quis dicat? Auctorem ne incusabimus an exscriptorem? Certe non apparent. Suppleri a nobis levi labore poterant. Sed noluimus: Codicem enim dare quam Codicis editionem volebamus.*

VII. *Opus urgebamus, imo jam pæne ad umbilicum res erat perducta, quum nobis ex insperato ope & consilio amici cujusdam, copia facta est Libri Mss. Bibliothecæ Fuscarenæ, quam superioribus hisce annis multo impendio congesserat florentis memoriæ Princeps* Marcus Fuscareno *inclytus Venet. Dux, diro litterarum, & litteratorum fato nobis, heu nimium immature! ereptus. Continet liber apographa binorum Codicum Mss. Chronici nostri qui in Bibl. Vaticana asservantur, & ab H. Tartarotto in Dissert. mox*

 sub-

subnectenda, laudantur & expenduntur. Eos ambos doctissimus Dux exscribendos curaverat dum Serenissimæ Venetor. Reipubl. apud Romanum Pontificem legatione fungeretur. Placuit itaque conferre cum nostro, & insigniores nonnullas variantes margini adnotare, nequid Editioni nostræ deesse videretur. Codices distinximus sub nomine Vaticani *&* Urbinatis.

VIII. *Quod autem ad auctorem operis pertinet, Lectores nostros clarissimorum virorum testimoniis quæ mox subiiciemus, remittendos duximus, Fuscareni nempe, Cornelii, & Tartarotti. Nobis vero, siquid in tanta obscuritate statuere liceat, presbytero cuippiam cujus nomen latet, tribuendum haud omnino temere videbatur; quod in Notis etiam, nec semel, attigimus.*

IX. *Ad calcem Zeniani Codicis, imo extrema voluminis parte, historiola quædam habetur piis, anilibusque fabellis plane referta, pro more sequioris ævi. Illa eadem hæc est, saltem initio, quæ Tartarotto me-*

mo-

moratur, *incipiens* Poſt multarum Urbium deſtructionem ; *unde initium ſumpſit deſcriptor Codicis Urbinatis. Finis tamen non convenit. Eam conſulto prætermiſimus utpote alienæ, ſatiſque inficetæ manus, parumque opportunam ad eruendam firmandamque priſcæ noſtratis Hiſtoriæ veritatem. Eoque libentius ab edendo abſtinuimus quo jamdiu editam majori ex parte deprehendimus, nimirum dum hæc in lucem proferre parabamus, moraſque trabere inviti cogebamur, ab Excellentiſſimo, doctiſſimoque Senatore* Flaminio Cornelio *de rebus patriis, & potiſſimum eccleſiaſticis egregie merito, qui ſiquid boni erat (quod ſane haud multum videri poterat) in rem ſuam traxit, operique* Eccleſiarum, *quæ ad* (*) *Venetias pertinent, inſeruit.*

X. *Ceterum pretioſiſſimum Codicem, auroque contra comparandum, ſervatumque dum ſcribimus, in bibliotheca Fratrum Ord. Præ-*

 di-

(*) *In Eccleſiis Torcellanis*. Part. I. p. 9. Videſis judicium Cl. Viri in teſtimoniis mox adtexendis.

dicat. strictioris observantiæ Venetiarum, quibus cum tota librorum suorum ditissima suppellectile dono, moriens senioque confectus dederat CL. Zenus, optimus senex dum in vivis ageret, anno MDCCXLVII. *nobis propriis manibus obtulit, hortatusque est enixe ut quod ipse, ingruente ætate, majoribusque distentus curis, facere non poterat, solidissimum, eximiumque patriæ Historiæ fundamentum & caput in lucem tandem prodire curaremus: quod demum, faventibus Superis, remotisque feliciter difficultatibus, nobismetipsis magnopere gratulantes efficimus.*

VIVAS. FLOREAS. QUI. LEGIS.

Hieronymus Tartarottus in Differtatione De Scriptoribus ab Andrea Dandulo laudatis *edita Tom.* XXV. *Rerum Italicar. pag.* XII. cap. XIII.

H*Iſtoriographus quidam Venetorum* pag. 218. C. laudatus, eſt *Joannes* Sagorninus, qui ſub Ducatu Dominici Flabianici, hoc eſt initio Sæculi XI. floruit & Venetorum res geſtas commentario perſequutus eſt; uſque ad Petri Urſeoli II. ducis exitum, hoc eſt ad annum Aere Vulgaris MVIII. Vetuſtiſſimum hoc & vere aureum Venetæ Hiſtoriæ monumentum, nondum typis editum, aſſervatur apud V. Cl. Apoſtolum Zenum in Cod. membranaceo in fol. ſæculo XIII. exarato. Sub finem Codicis, poſt Hiſtoriam, in notatione quadam, in qua Auctor aliqua de ſe ipſo narrat, apparet Sagorninum fabrilem artem exercuiſſe. Familiam hanc Venetis accendendam eſſe conſtat ex Privilegio quodam

Vi-

Vitalis Michaelis II. Venetorum ducis in Additamentis ad Dandulum p. 290. E. cui Privilegio inter reliquos Venetos (1) Leonardus Sagorninus subscriptus legitur. Eundem Sagorninum innuit Dandulus quum p. 227. B. codices *antiquissimos Venetorum* memorat, quo loco satis prolixum ex eodem fragmentum ad verbum affert. Ex Sagornini Codice hæc emendantur in Chronico Danduli duobus hisce locis. Pag. 218. C. *odiorum nequitiis inficiabantur* lege *inficiebantur* ut sensus postulat. Pag. 227. C. *Septimo quoque sui Ducatus anno*, lege *septimoque*, continua enim narratio est, neque factum ab antecedenti diversum. Pag. eadem E. pro *Mane Bertaldus*, Sagorninus legit *Illuc Bertaldus* ut etiam habet Ambrosianus codex. Sequitur *Episcopus* *Po-*

(1) Præter Diploma Vitalis Michael hic a Tartarotto memoratum, extat in archivo D. Georgii Majoris Venet. documentum, cujus initium, *Anno millesimo centesimo quinquagesimo primo. Indict. XV. Rivoalto. Plenam & irrevocabilem securitatem facio ego* d. Stephanus Carnello *de cluja minore tibi d.* Dominico Sagornino de Confinio Sci Matthei *de illa promissionis chartula quam* Michael Sagorninus *commissarius*, & *consoprinus tuus* capellanus ecclesie sancti Marci *fecit ad Johann. presbyterum ecclesie Sancti Martini ss. cluje minoris* &c. Instrumentum scripserat *Johannes Ursyulus subd. & not.* De *Sagorninis*, interdum etiam *Sagroninis*, non infrequens mentio est in Chartis nostratibus Sæc. XII. & XIII.

Polensis eximius Episcopus. Rectius apud Sagorninum *Polensis eximius Antistes*, absque ulla repetitione. Pag. 228. A. *Augerensem ad urbem*, Sagorninus *Absarensem*. Pag. eadem B. *ibi illi Regionis majores*, lege *illius*. Paulo post *eorum Civitatum*, lege *earum*. Pag. eadem D. *quæ dum irent*, lege *qui dum irent*. Pag. eadem E. *Hoc vero audientes Sclavorum Reges periculum incurrere formidabant*. Rectius Sagorninus: *Hoc vero audientes Domini sui, Sclavorum scilicet Regis, periculum incurrere formidabant*. Paullo post *& sacramenta obsequia persolverunt*. Sagorninus *& sacramenta & obsequium persolverunt*. Pag. 229. B. *Huic ad Spalatinam* quibus verbis nulla subest sententia, lege *Hinc*. Pag. eadem D. *itinerantem Venetias* lege *Veneticum*. Pag. eadem D. *Ciurzulæ Insulæ*, Sagorninus *Curzolæ Insulæ*. Pag. eadem E. *Lesinæ Insulæ*, Sagorninus *Ladestinæ*. Pag. 230. A. *non denegarent*, lege *non denegaret*. Sequitur *montium tamen sublimitate ostentabatur, ex quibus vivis murorum mænibus, turriumque ædificiis munitis inexpugnabilis ab omnibus putabatur*. Sagorninus habet: *e quibus* (hoc est montibus) *unus murorum mænibus, turriumque ædificiis munitus, inexpugnabilis ab omnibus crede-*

de-

debatur. Pag. eadem B. *unde nullius munitionis ostia patebant*. Rectius Sagorninus *illius munitionis*. Pag. ead. C. *ecclesiam receptavit*, Sagorninus *reciprocavit*. Paullo post pro *Ragusiensis Episcopus* Sagorninus legit *Ragusiensis Archiepiscopus*. Neque his duobus dumtaxat locis Sagornini rebus ditescit Dandulus, sed alibi etiam ex eodem fonte non pauca haurit, ut utrumque Scriptorem conferenti mihi animadvertere licuit, quamquam ejus nomen reticeat. Inter reliqua notatu digna mihi videtur Gregorii II. Summi Pontificis epistola ad Serenum Aquilejensem Patriarcham a Dandulo allata pag. 132. D. quæ apud Sagorninum quoque legitur & quidem emendatior quam in edito Danduli Chronico. Eandem epistolam post Dandulum referunt *Baronius* in Annalibus ad ann. DCCXXIX. §. III. *Ughellus* Tom. V. Italiæ Sacr. pag. 1087. Jo. *Franc. Palladius* in Hist. Forojuliensibus Part. I. pag. 67. *Labbeus* in Collectione Concil. Tom. VIII. edit. Venet. p. 179. & V. Cl. *Bernardus Maria de Rubeis* in Monumentis Aquilejens. Cap. XXXVI. §. IV. qui loca quædam depravata recte indicavit. Eam ego Sagornini ope castigatiorem reddidi, atque adeo operæ pretium me fa-

ctu-

ctūrum existimavi, si integram hic afferrem. *Tanto munere quisque ditatur quantum &c.*

Ceterum, sub Veneti Chronographi Anonymi nomine latet Sagorninus noster a Justo Fontanino laudati, in libro cui titulus: *Il Dominio Temporale della Sede Apostolica sopra la Città di Comacchio* pag. 12. 13. & 45. & in *Vindiciis* ejusdem pag. 83. quem in Bibliotheca Vaticana asservari asserit, ex quo insignem locum affert, ad Apostolicæ Sedis in eam Civitatem antiquissimum jus & dominium comprobandum. Vir Clarissimus mihique amicissimus *Josephus Blanchinus* Congregationis Oratorii Presbyter me admonet in Bibliothecæ Vaticanæ pluteis duos asservari MSS. Codices sæculi XI. alter, signatus n. 721. qui fuit Bibliothecæ Urbinatis, alter vero Sæculi XIII. notatus n. 5269., quos ille, pro eo quo est in rem litterariam amore, propriis impensis describi curabit, ac deinde dono dedit *Marco Fuscareno* Equiti & D. Marci Procuratori, quum is Romæ pro Veneta Republica Oratoris munus obiret. Exemplaria hæc a me inspecta, & cum Apostoli Zeni Codice collata, unum idemque Sagornini opus esse reperi. Recentior Vaticanus Codex ab his verbis orditur *Siquidem Venetiæ duæ*

sunt

sunt in hæc vero desinit: *ad eandem Metropolim regendam direxit*. Quod adamussim consonat cum Zeni Codice. Vetustioris seu Urbinatis, initium est: *Post multarum urbium destructionem;* finis autem *Pubius Cæsar regnavit annos* VI. *menses quatuor*. Quæ diversitas ex eo profecta videtur, quod quum in quibusdam codicibus fragmentum quoddam in fine legeretur initium illud præferens, codicis Urbinatis amanuensis ab eo orditus est; sed perperam sane quum illud videatur lacinia quædam ab Autore ipso rejecta, cujus pauca dumtaxat inseruit prioribus Historiæ suæ paginis, atque ubi desinit cum reliqua narrationis serie male cohæret; historiæ enim filum eodex ille repetit ab electione Mauritii Venetiarum Ducis, per verba hæc. *Post decessum cujus* (Dominici Monegarii Ducis) *omnis Veneticorum frequentia simul collecta* &c. quæ cum præmissi fragmenti verbis nihil consentiunt. Proindeque codex iste, quamquam vetustior, longe tamen est illo imperfectior utpote cui omnia desunt quæ ab ejus initio usque ad illa verba leguntur. Porro alterutrum ex hisce duobus Vaticanis Codicibus a Fontanino innui pro certo habeo quum locus quem ex suo Anonymo Veneto profert

pag.

pag. 13. memorati operis, in ambobus legatur ne verbo quidem mutato; ex quo manifestum est sub Anonymi illius nomine Sagorninum nostrum, uti ajebam, latere*. At codex qui Fontanino notus fuit, Urbinatem fuisse, seu antiquiorem ex Art. XII. Tom. IX. Ephemeridis Litteratorum Italiæ postquam hæc scripsissem noscere mihi contigit, hæc enim ibi offendi pag. 391. *L'Autore dell' antichissima Cronaca Veneta, della quale io debbo a voi* (cum Fontanino loquitur) *la prima e singolare notizia .... essendone presso di Voi una copia esatta con qualche nota marginale di Luca Olstenio, dal quale il Codice Urbinate della libreria Vaticana, dond' ella è tratta vien detto* vetustissimus. Quædam ibidem ex eo Chronico in suam rem affert, a Fontanino scilicet sibi transmissa, Ephemeridis Auctor, hoc est laudatus Apostolus Zenus, qui tunc temporis Sagornini opus non modo apud se non habebat, sed ne viderat quidem, ut hac de re cum illo postea colloquens, intellexi. Idem opus sæpius laudatur a memorato Fontanino in Dissertatione de Sancto Petro Urseolo, nec non a D. Cl. *Guidone Grandio* in Vita ejusdem Sancti Petri Urseoli sub nomine *Chronici Aquilejensis &*

Ve-

Veneti. Primus qui Commentarium illud Sagornino tribuerit, est laudatus *Bernardus de Rubeis* in Monumentis Aquilejensibus Cap. XXVIII. & XXIX. a Zeno scilicet edoctus. Antequam hanc de Sagornini Historia, & variis quibus ea continetur Codicibus narrationem claudo, illud adnotaverim, ex ambobus Vaticanis exemplaribus a me diligenter collatis, emendationes, variasque lectiones confirmari, quas superius ex Cl. Zeni Codice protulimus. Neque illud silentio prætereundum, Sagorninum hujus Commentarii Auctorem a nobis judicari, Notatione illa moti, quam post Historiam sub Codicis finem legi diximus, in qua hanc de se ipso mentionem facit. *Quadam die nos* Joannes *Sagorninus Ferrarius, insimul cum cunctis meis parentibus in unum convenimus* &c. Adnotationem hanc nullo spatio interjecto, atque uno eodemque charactere, cum præcedenti Historia connectunt quidam Codices; neque stilus solæcismis & barbarismis identidem scatens ab Historiæ dictione valde abhorrere videtur. At quum notatio illa a præcedenti narratione & re & tempore prorsus disjungatur, neque faber ille præcedentis operis Autorem se esse declaret, ut fere mos est

se-

ſequiorum ætatum ſcriptorum, quum ſe ipſos nominant, omnem dubitationem amovere non poſſum, quin alius forte a Sagornino fabro diverſus, verus ſit illius Auctor. Tempus & Mſs. Codices, qui poſthac prodibunt, rem melius illuſtrabunt.

Marco Foſcarini Cav. e Proc. poi inclito Doge di Vinegia, *Della Letteratura Viniziana* Lib. II. pag. 106. e ſegg.

» E' Opinione ricevuta che un certo *Giovanni Sagornino* ſtendeſſe queſta Crona- » ca; così giudicandoſi perchè in un raccon- » to ſcritto di ugual carattere appiè dell' » opera, benchè ſcontinuato dal primo teſto, » l' Autore vi proferiſce un tal nome in pro- » pria perſona; ma qualunque ſi foſſe l'auto- » re di que' comentarj egli merita che i no- » ſtri gliene ſappiano grado. E pure oltre » gli antichi, ne ſono ſtati all' oſcuro inſino » i Critici moderni (1), i quali però nove- » rando gli Scrittori Veneziani, ſolevano far » capo da un Anonimo Altinate del mille

(1) Accenna fra gli altri il Muratori, cui non pare certamente che queſta inſigne Cronaca foſſe nota, non avendola inneſtata ne' ſuoi Scrittori delle coſe d'Italia, nè citata in veruna delle tante ſue opere appartenenti a' baſſi tempi.

„ dugento, non ha guari disoterrato. Il Fon.
„ tanini che primo rinvenne il Sagornino in
„ due Codici della Libreria Vaticana, l'uno
„ de' quali fu già di quella di Urbino, il
„ credette Anonimo, e per nostro avviso non
„ andò errato. — Due pregi per altro sin-
„ golarissimi hanno messa in credito l'opera
„ del Sagornino. Uno si è di averci descrit-
„ te in ordine cogli antichi nomi le dodici
„ principali Isolette costituenti il Comune
„ di Venezia da Grado fino a Chioggia non
„ senza l'accompagnamento di notevoli cir-
„ costanze: l'altro consiste in molte belle
„ particolarità circa le imprese e la famiglia
„ de' Dogi Orseoli, al servigio de' quali se-
„ condo alcuno si ritrovava. Nè a poca for.
„ tuna recar dobbiamo che siasi risoluto a
„ ricordare da tempo così antico la serie de'
„ Patriarchi Aquilejesi, e Gradensi.

Flamminius Cornelius Senator Venet. in *Ecclesiis Torcellanis* P. I. pag. 9.

„ REvelationes quas Dandulus innuit lu-
„ culenter expositas reperi in Chronico
„ quod *Joanni Sagornino* (perperam tamen,
„ ut puto) attribuitur & omnium quæ de
„ Venetis rebus agunt, antiquissimum repu-
„ ta-

„ tatur. Sed cum plane congruant cum aliis
„ Cælitum apparitionibus quæ, ut fert Vene-
„ tæ Ecclesiæ traditio, contigere Venetiis D.
„ Magno Opitergino primum, deinde Era-
„ cleensi Episcopo, non immerito quis su-
„ spicetur inter pias fabulas quæ non desunt
„ & imprudentis devotionis commenta, re-
„ velationes hasce amandandas esse: “

Siquidem Venetiæ duæ sunt. Prima eſt illa quæ in antiquitatum hiſtoriis continetur quæ a Pannoniæ terminis uſque ad Adda fluvium protelatur. Cujus & Aquileja civitas extitit caput in qua Beatus Marcus Evangeliſta divina gratia perluſtratus Chriſtum Jeſum Dominum prædicavit.

Secunda vero Venetia eſt illa quam apud Inſulas ſcimus. quæ Adriatici maris collecta ſinu interfluentibus undis poſitione mirabili, multitudine populi feliciter habitatur. Qui videlicet populus quantum ex nomine datur intelligi & libris annalibus comprobatur ex priori Venetia duxit originem. Quod autem in inſulis maris inhabitat hæc cauſa fuit. Winillorum quæ & Lonbgobardorum, gens de littoribus Oceani partes Septemtrionis egreſſa cum per multorum bellorum certamina diverſarumque tranſitionum (a) circui-

(a) Codex Vatican. Sæc. XIII. *terrarum*.

tus tandem venisset Pannoniam, ultra jam non audens procedere sedem sibi in ea perpetuæ habitationis instituit. Ubi cum habitasset quadraginta duobus annis, tempore quo Justinianus gloriosissimus Augustus Romanum Imperium apud Constantinopolim gubernabat, directus ab eo est Narsis patritius vir, eunuchus ad urbem Romam ut exercitus Totilæ regis Gothorum qui Italiam devastabat, deo auxiliante, contereret. Qui cum venisset primum cum Langobardis (*a*) omnibus pacem instituit, atque deinde procedens ad bellum universam Gothorum gentem ipsumque regem Totilam usque ad internecionem delevit, & universos Italiæ fines obtinuit. (1)

(a) Cod. Vat. *omnimodam*.

Et egressi (*Langobardi*) cum Alboino rege suo Italiam possessuri adveniunt.

Eodem tempore Romanam Ecclesiam vir sanctissimus Benedictus Papa regebat, Aquilejensi quoque civitati ejusque populis Beatus Paulus patriarcha præerat, qui Langobardorum

(1) Sequuntur in Mss. nonnulla de Langobardis, & Narsete eorumque historia, omnia de verbo ad verbum deprompta ex Lib. II. Capp. III. & V. *de Orig. & Gest. Reg. Longobard. P. Diaconi*, scilicet ab illis verbis *Hic Narses prius Chartularius*, usque ad illa *deque futuris commodis animos attollunt*.

rum rabiem metuens ab Aquileja ad Gradus Insulam confugit, secumque beatissimi Martyris Hermachoræ, & ceterorum Sanctorum corpora quæ ibi humata fuerant deportavit & apud eundem Gradensem castrum honore dignissimo condidit, ipsamque urbem Aquilejam Novam vocavit. In quo etiam loco post paucum tempus Helyas egregius patriarcha qui tertius post Paulum regendam suscepit ecclesiam, ex consensu Beatissimi Papæ Pelagii, facta Synodo XX. episcoporum, eandem Gradensem urbem totius Venetiæ metropolim esse instituit. Ad cujus roborationem Heraclius post hæc Augustus, beatissimi Marci sedem quam dudum Helena Constantini mater de Alexandria tulerat Sanctorum fultus amore direxit. Ubi & hactenus veneratur pariter cum cathedra, in qua beatus martyr sederat Hermachoras.

(1) At vero (dum essent revoluti anni ab Incarnatione Domini quingenti quadraginta Langobardi Venetiam quæ prima Provincia est Italiæ penetrarunt. Vicentiam, Veronamque & reliquas Civitates, excepto Pa- Ann. Chr. 5?0.

 ta-

(1) Hæc uncis inclusa ex Diaconi Lib. II. Cap. XIV. pæne ad verbum depromsit Chronographus noster.

Pag. Cod. 2. tavio, Monte Silicis, Opitergio, atque Mantua & Altino, expugnantes cepissent, populi vero ejusdem Provinciæ penitus recusantes Langobardorum ditioni subesse, proximas insulas petierunt. Sicque Venetiæ nomen de qua exierant eisdem insulis indiderunt. Qui & hactenus illic degentes Venetici nuncupantur (1). Eneti vero licet apud Latinos una littera addatur, græce *laudabiles* dicuntur. Verum postquam in his Insulis futuræ habitationis sedem obtinere decreverunt, quædam munitissima castra civitatesque ædificantes novam sibi Venetiam & egregiam Provinciam recreaverunt. Nunc vero singularum nomina Insularum necesse est convenienter exprimere.

Prima illarum Gradus dicitur quæ dum constat altis mænibus & ecclesiarum copia decorata, Sanctorumque corporibus fulta, quemadmodum antiquæ Venetiæ Aquileja, ita & ista totius novæ Venetiæ caput & metropolis fore dignoscitur.

Se-

(1) Hòc idem cum VVarnefrido adstruit Jornandes *de Orig. Gentis Gothor.* etymon ducentes a græca voce *αἶνος laus*, inepta satis, & prorsus falsa observatione. *Venetus* enim simplex nomen nationis fuerat, veluti Gallus, Hispanus, & alia hujusmodi, ut probe norunt Eruditi omnes.

Secunda (*a*) namque (1) Bibiones nominatur. (a) Ita legit etiam Vatic.

Tertia vero Caprulas vocitant, ad quam Concordienſis Epiſcopus cum ſuis Langobardorum timoratione territus adveniens auctoritate Deuſdedi papæ epiſcopatus ſui ſedem ibi impoſterum manendam confirmavit & habitare diſpoſuit.

Quarta quidem Inſula (*b*) in qua dudum ab Heraclio imperatore fuerat civitas magnopere conſtructa (*c*), & vetuſtate conſumpta Venetici iterum illam parvam compoſuerunt. Poſtquam vero Opitergina civitas a Rothari rege capta eſt epiſcopus illius civitatis auctoritate Severini pp. hanc Heracliaꝛnam petere ibique ſuam ſedem confirmare voluit.

(b) Vat. *inſula extat.*

(c) Vat. *ſed vetuſtate conſumptam.*

Quinta Inſula (*d*) Equilius nuncupatur in qua

(d) Vat. *Equilius.*

(1) Scilicet quæ poſtmodum *Bebbe* appellata eſt, ubi longiſſimo annorum ſpatio turris prælta perduravit, cujus veſtigia & rudera uſque in hunc diem ætatem tulerunt, unde *Torre delle Bebbe* loco nomen inditum.

In veteri documento apud me anni MCCCCLXXVIII. hæc habentur *Item a Communi Turris Bebiarum annuatim ad Feſt. Natalis gallin. XIV. & ad Feſt. Paſcæ alias XIV.* Documentum incipit. *Exemplum. Regaliæ autem D. Ducis in veteri Promiſſione inventæ hæc ſunt. &c.*

qua dum populi illic manentes episcopali sede carerent, auctoritate divina, novus episcopatus ibi ordinatus est.

Sexta Insula Torcellus subsistit quæ licet urbium mænibus munita (*a*) con clarescat tamen aliarum Insularum munitione circumsepta, in medio tutissima pollet.

(a) Vat. *minime clarescat*. Noster fortasse scrip erat *non clarescat*.

Septima Insula (*sic*) Morianas vocitatur.

Octava quidem Insula Rivoaltus subsistit. Ad quam ad extremum licet populi ad habitandum confluerent, tamen ditissima & sublimata præ omnibus manet. quæ non solum ecclesiarum seu domorum decoritate ostentatur; verum etiam ducatus dignitatem atque episcopatus sedem habere & possidere videtur.

Nona Insula Methamaucus dicitur quæ non indiget aliqua urbium munitione sed pulchro littore pæne ex omni parte cingitur. ubi auctoritate apostolica (1) episcopalem sedem populi honorem consecuti sunt.

Decima vero Insula Pupillia manet.

Undecima Minor (*b*) Clugies dicitur in qua Monasterium Sancti Michaelis situm est.

(b) Vat. *Glucies*. Pa.2.fol.vers.

Duodecima Clugies Major nuncupatur.

Est

(1) Male. Lege *episcopalis sedis*.

Eſt etiam in extremitate Venetiæ caſtrum quod (1) Caput Argilis dicitur. Sunt etenim apud eandem Provinciam quamplurimæ Inſulæ habitabiles. (2)

Mortuo vero apud Aquilejam patriarcha Probino qui eccleſiam uno rexerat anno eidem eccleſiæ ſacerdos Helyas præficitur qui hæc quæ ſupraſcripta ſunt ordinavit domumque ſibi a fundamentis ædificavit. Etiam dicta corpora ſanctorum miro modo collocavit âſſerens in ſynodo ſupra ſtatuta. (3)

Kariſſimi Fratres. Intervenientibus malis noſtris, (a) quotidie hoſtile perpetimur flagellum. Jam pridem ab Attila Hunnorum rege Aquileja civitas noſtra funditus deſtructa eſt & poſtea Gothorum inceſſu & ceterorum Barbarorum quaſſata vix aſpirat. ſed & nunc Langobardorum infandæ gentis flagel-

(a) Vat. cotidie.

(1) Nempe *Caput Aggeris*.

(2) Subſequuntur in Cod. integra Capita XI. XII. & XIV. Libri III. Paulli Diacon. *de Geſtis Langobard*. Utor perrara editione Frid. Lindebruch quæ Lugduni Batav. prodiit ann. 1595. ex Off. Plantin. Ceterum de duplici Clugia ſc. Majori & Minori vide ſi lubet quæ adnotavimus in noſtris *Obſervationibus ad Papyr. Ravenn.* editis Venetiis. 1752. p. 19.

(3) Quæ ſequuntur uſque ad illa verba *in eodem loco confirmaverunt*. habentur etiam in Mſs. Cod. Bibliothecæ Barberinæ. Vid. Cl.P.Rubeum in *Mon. Eccleſ. Aquil.* pagg. 2, 3.

gella sustinere non potest. Quapropter dignum ducit mansuetudo nostra, si vestræ placet sanctitati, in hoc Gradense Castro nostram confirmare metropolim.

Quod dictum omnibus placuit Episcopis, & facto libello statutum fuit, idest de memorata Chalcedonensi Synodo & de hac ipsa sede subter manibus suis conscripserunt. idest primus Helyas patriarcha. Deinde Marcianus episcopus sanctæ Ecclesiæ Opiterginæ. Leonianus episcopus Tyborniensis. Petrus episcopus Altinas. Vindemius episcopus Cessensis. Bergullus episcopus Patavinæ ecclesiæ. Joannes episcopus Celejanæ. Clarissimus episcopus Concordiensis. Patritius episc. Emonensis. Hadrianus episcopus Polensis. Maxentius episc. Juliensis. Severus episc. Tergestinæ ecclesiæ. Solatius episc. Veronensis. Johannes episc. Parentinæ ecclesiæ. Aaron episcopus (*a*) Avociensis. Ingenuus episc. secundæ Retiæ. Agnellus episc. (*b*) Tridentinus. Vigilius episc. Scaravaciensis. Frutejus episc. Feltrensis. Marcianus episc. Petinatis. Laurentius presbyter, & Marinus presbyter, atque (*c*) Emericus presbyter proviaciales & ceteri presbyteri tam metropolitani (*d*) quam qui & plebani. Omnes isti supra-

(a) Vat. *Avonciensis*.
(b) Vat. *Tridentinæ*.
(c) Vat. *Emerius presbiteri*.
(d) Vat. *quamque &c.*

in hunc castrum Gradensem

præscripti consentierunt & omnia in eodem loco confirmaverunt . (1)

Igitur dum apud eandem provinciam (2) populorum multitudo permaneret , Tribunis tantum maluerunt subesse . Unde actum est ut spatio centum & quinquaginta annorum unoquoque anno ad hujus officii fastigium sublimabant qui illorum causas examinis censura experiri satagerent . Et quoniam omnino patrios fines dolebant a barbaris possideri , maxima inter utrasque partes jurgia versabantur ita ut inter se vicissim molestias & depopulationes conferre decertarent . Temporibus nempe Imperatoris Anastasii & Liutprandi Langobardorum regis omnes [a] Venetiæ una cum Patriarcha , & Episcopis convenientes communi consilio determinaverunt quod dehinc honorabilius esset sub Ducibus quam sub Tribunis manere . Cumque diu pertractarent quem illorum ad hanc dignitatem

(a) Vat. *Venetici* .

(1) Post hæc usque ad nonam Cod. nostri pagellam omnia excerpta sunt totidem verbis e Diaconi Libb. IV. V. VI. eaque præsertim quæ ad historiam resque gestas Impp. Constantinopolitanor. pertinent .

(2) Ad marginem Cod. hæc sigla habetur  quam conjectando interpretamur *Noster* ; ibi namque revera historiæ suæ initium facit Chronographus noster .

tem proveherent, tandem invenerunt peritissimum & illustrem virum Paulitionem nomine [1] cujus jurandil fidem dantes, eum apud Heraclianam civitatem Ducem constituerunt. Qui tantæ fuerat temperantiæ ut æquo moderamine suos dijudicaret. Cum Liutprando vero rege inconvulsæ pacis vinculum confirmavit. apud quem Pacti statuta quæ nunc inter Veneticorum & Langobardorum populum manent impetravit. Fines etiam Civitatis novæ quæ hactenus a Veneticis possidentur iste cum eodem rege instituit idest a Plavi majore secundum quod designata loca discernuntur usque in Plavisellam.

Ann. Chr. circiter 697.
PAULITIO DUX.
Pag. 9. fol. vers.

Anno Incarnationis domini [a] DCCXII. Christophorus patriarcha ex hac luce migravit. Huic successit Donatus.

A. C. 712.
(a) Vat. DCCXVII.

Circa hæc tempora Deusdedi Torcellensis Episcopus qui ecclesiam rexerat annis xxiv. ex hac luce migravit cui successit Honoratus episcopus. [2]

Anno ab Incarnatione domini DCCXXVIII mortuo Paulitione duce apud Civitatem novam

(1) Leg. *cui jurisjurandi f. d.*

(2) Subnectuntur in Cod. integra capita XXXVI. XXXVII. & XLV. Lib. VI. Paulli Diac. *de Gestis* &c.

vam qui ducavit ann. xx.... , mens. vi. successit Marcellus Dux. Eo quoque tempore Leo Imperator migravit a sæculo cui successerat Constantinus. A. C. 718. MARCELLUS DUX.

Circa hæc tempora Donatus Patriarcha ex hac luce migravit qui ecclesiam Gradensem rexit ann. vii. Huic successit Antonius Patriarcha.

Eodem quoque tempore prælibato Marcello duce mortuo qui apud Civitatem novam ducatum ann. [a] xv.... & dies xx. gubernaverat, successit Ursus dux qui etiam in eadem civitatem sæpe dictum ducatum rexerat ann. xi. & menses vi. unde postmodum Venetici illum acri livore interimentes, quinque annorum spatio [1] Magistris militum tan- (a) Vat. XVIII. URSUS DUX.

(1) *Magister Militum*, Græcis sequioris ævi quandoque *Mastromiles* appellatus, idem erat ac nostris hisce diebus *il Generale*, teste Pancirolo in Utroque Imperio. Dignitas indole militaris, non parum tamen ad forensem disciplinam pertinebat, quippe Magistri Militum erat jus dicere militibus in civilibus & criminalibus controversiis. Dicendum itaque homines nostros tunc temporis Rempublicam militari more voluisse geri, seu potius retento titulo, quem in patriis Provinciis didicerant, summam potestatem juris dicundi, reique militaris in hanc dignitatem simul contulisse. De orig. & fatis hujusce Magistratus inter ceteros, videndus prælaud. Pancirolus qui argumentum late persequitur in *Comm. ad Notit. utriusque Imp.* pagg. 52. & seqq.

tantummodo ſubditi manere voluerunt. Primus quorum nomine Leo dicebatur cujus poteſtas ſuper eoſdem fuit ann. I. Deinde ſecundus illorum nominabatur Felix cognomento Cornicula, qui ſimiliter illos unius anni ſpatio rexerat. Exinde tertius Magiſter Militum vocitabatur Deuſdedi filius ſæpedicti Urſonis interfecti ducis [1] qui etiam unius anni ſpatio illius poteſtatis fuerat. Poſtmodum quartus ex his habebatur Iubianus nomine Ypatus qui ejuſdem honoris unius anni ſimiliter ſpatio poſſeſſor fuerat. Cujus quoque diebus Exarchus Ravennæ primas Venetias veniens nimiumque Veneticos poſtulans quatenus propriam urbem quam Ildebrandus nepos Luitprandi regis & Peredeus Vicentinus dux captam habuerant, tutari atque defendere eorum auxiliis potuiſſet. Cujus Venetici faventes petitionibus navali cum exercitu ad prælibatam Ravennam Urbem properantes, unus illorum Ildebrandus ſcilicet vivus ab eis captus eſt. Alter vero qui dicebatur Peredeus, occiſus dimicando occubuerat. Atque hujuſmodi Exarcho prælibato primati urbs decenter eſt reſti-

(1) Legendum puto *cui e. u. a. ſ. illa poteſtas fuerat*.

ftituta. Ob quam rem Gregorius Apoftolicus urbis Romæ tota aviditate fæpedictæ urbi fubveniendi, propriam epiftolam quæ infra legitur [a] Antonio Gradenfi patriarchæ miferat ut Veneticos amabili obfecratione illicere deberet ad leandem defendendam urbem venire. „ Dilectiffimo Fratri Antonio. „ Gregorius. Quia peccato faciente Ravennantium civitas quæ caput erat omnium, „ ab nec dicenda gente Langobardorum capta eft & filius nofter eximius dominus, Exarchus apud Venetias, ut cognovimus, „ moratur, debeat tua fraterna Sanctitas ei „ adhærere, & cum eo noftra vice pariter „ decertare ut ad priftinum ftatum fanctæ „ reipublicæ & imperiali fervitio dominorum filiorumque noftrorum Leonis & Conftantini, magnorum Impp. ipfa revocetur „ Ravennantium civitas ut zelo & amore „ fanctæ fidei noftræ in ftatu reipublicæ & „ Imperiali fervitio firmi perfiftere Domino „ cooperante valeamus. Deus te incolumen „ cuftodiat, dilectiffime Frater.

(a) Vat. *Antonino* ita & infra.

Pag. 10. f. l. vers.

His prælibatis poft deceffum prædictorum quatuor militum Magiftrorum quintus [b] eidem præfecturæ ordinatur qui Johannes Fabriacus vocabatur [c], cui fimili modo ut

(b) Vat. *ejufdem*.

(c) Ib. *cujus*.

 aliis,

aliis, principatus unius anni ſpatio manſerat, ipſiuſque etiam a Veneticis oculi avulſi ſunt.

His quoque temporibus Antonius Gradenſis patriarcha a præſenti luce migraverat cujus regimen ann. xxii. & menſ. x. inſuper & dierum xx. fuerat. Iiſdem etiam diebus Forojulienſis Eccleſia a Sereno Præſule regebatur, qui nullius juſtitiæ expertus [a] ſibi uſurpationis cauſa, regia poteſtate, ab Apoſtolica Sede pallium primus tantummodo aquiſivit, ac hujuſmodi epiſtolam a Gregorio antiſtite Romano accepiſſe dignoſcitur.

„ Tanto munere quis ditatur quantum „ [b] de ſublimitate potitus de ſe ex man„ dato domini Redemptoris humiliter ſen„ tit. [c] Et noſtra paſtoralis dignitas ſin„ gulariter ex humilitate ornatur; ſpernen„ dos quippe apoſtolica lectio arguit elatos „ & ſi accepiſti quod gloriaris, quaſi non „ acceperis. Nam dum ad cumulum tui ho„ noris precibus eximii filii noſtri Regis fle„ xi plurimum etiam pro rectitudine qua te „ tuam eccleſiam tenere & amplecti cogno„ vimus provocati, pallium tibi direximus „ interdicentes inter cetera ne unquam alie„ na jura invaderes, aut temeritatis auſu „ uſur-

(a) Vat. *ſed.*

(b) Vat. *in ſubl: mitate poſitus.*

(c) Ib. *Etenim paſtoralis.*

„ usurpares jurisdictionem cujusquam. Sed „ in his (a) stares contentus quæ usque ha- „ ctenus possedisti. Nunc vero, ut cognovi- „ mus, Gradensis Præsulis niteris pervadere „ jura atque ex his quæ possedit nunc us- „ que usurpare. Ne igitur in quoddam exi- „ stas temerator ex Apostolica auctoritate „ præcipimus ne ullo modo terminos exce- „ das ab eo possessos, sed solum (b) suffi- „ cias in his quæ modo usque possedisti, nec „ amplius quam in finibus procul dubio gen- „ tis Langobardorum existentibus gressum „ tendere præsumas ut non injuste suscepis- „ se gratiam collatam pallii ex præsumptio- „ ne ostendas. & inde Apostolico vigore Con- „ cilii si inobediens fueris, reprobatus mul- „ tum & indignus judiceris.

(a) Vat. esse.

(b) Id. C. sufficiat.

Eodem etiam tempore Æmilianus patriarcha qui Gradensem ecclesiam ann. VIII. & dies V. gubernaverat in pace vitam finivit. Cui deinde Vitalianus in eadem successerat sede.

His quoque temporibus prælibatus Vitalis qui Altinensem ecclesiam, ann. IX. & mens. VI. rexerat ab hac luce subtractus est. Severinus postmodum vitæ ejus assecutor in eadem fuerat dignitate ordinatus. Iisdem etiam

diebus Venetici prælibatæ præfecturæ Magistrorum militum dignitatem abominantes, rursus ut quondam, ducem videlicet Deusdedi sæpe dicti Ursonis Ypati filium in Metamaucense insula sibi crearunt. Cujus regimen extitit annorum XIII. Ipse quoque post hæc decoris & honestatis gratia Castrum quod Brondulus dicitur non eo loco in quo nunc situm videtur sed ultra præsentem ripam fluminis condere voluit & illic a quoddam infideli Galla nomine ei avulsi sunt oculi, ipsiusque ducatum Galla auferens possessorque ejus unius anni spatio fuerat. Super quem Venetici deinde irruentes unaque conspirantes voluntate, oculos similiter illius eruerunt. Loco cujus Dominicum cognomento Monegarium Metamaucensem ducem sibi fecerunt. Et ut mos vulgi est nunquam in proposita voluntate persistere, sed quadam superstitiosa stultitia alias atque alias adinventiones excogitare, primo illius ducatus anno Tribunos duos qui sub ducali decreto consisterent sibi proposuerunt. Quod etiam per singulos annos prænominati ducis vitæ facere conati sunt. Deinde præfati Venetici facta conspiratione eidem Dominico duci oculos evellerunt. Fueruntque anni ducatus illius numero

Deusdedi dux.

Galla dux.

Ann.C. 756. Dominicus Monegarius dux.

to VIII. (a) Post decessum cujus omnis Veneticorum frequentia simul collecta quendam civem Heraclianæ civitatis Mauritium nomine peritissimum sæculari studio ducatus honore apud Metamaucensem insulam sublimavit. Qui dum sapienter & honorifice Veneticorum causam in omnibus tractaret, undecimo sui ducatus anno apud Olivolensem insulam apostolica auctoritate novum episcopatum fore decrevit. In quo quendam clericum Obelliebatum nomine episcopum ordinavit. Dehinc cum triginta & uno anno ducatus dignitatem gubernasset, jam effectus senex, populo interpellante, Johannem suum filium honoris sui consortem habere complacuit. Duobus postmodum annis cum sobole extitit, & sic ultimum in pace finivit diem.

A. C. 764. c. MAURITIUS DUX

(a) Cod. Urb. discessum.

A. C. 795. c. MAURITIUS ET JOANNES DUCES.

Præterea cum essent anni ab Incarnatione domini octingenti (a) .... Johannes Mauritii antedicti filius honoris fastigium apud eandem insulam adorsus est gubernare, quem neque scripto neque relatione experti sumus suæ patriæ commoda bene tractasse. Extitit quidem sibi filius Mauritius nomine, cui octavo decimo anno sui ducatus ejusdem dignitatis societatem concessit. Temporibus quo-

(a) Vat. XXIII. Urb. octingenti vigintitres.

P. 11. fol. ver.

MAURITIUS II. DUX CUM PATRE.

quorum apud Venetias adeo excrevit mare, ut omnes insulas ultra modum cooperiret. Circa hæc siquidem tempora Constantino Augusto oculi a quibusdam suis militibus evulsi sunt & Herenis Augusta Imperium cœpit gubernare.

Mortuo vero Obelliebato episcopo qui Olivolensem episcopatum rexerat ann. XXIII. Christophorus extitit ei successor. Anno vero vigesimo tertio ducatus prædicti Johannis, (a) correpta occasione suum filium Mauritium cum navali exercitu ad Gradensem urbem ut domnum Johannem sanctissimum patriarcham interficeret, destinavit. Ubi illuc pervenit, paternis jussionibus obtemperare studens eundem sanctissimum virum crudeliter interfecit. Cujus mors maximum dolorem suis reliquit civibus quoniam insons fuerat interemptus. Gubernavit autem prædictus dei vir Gradensem ecclesiam annis ..... sepultusque fuit in sancti Marci capella post Sanctorum Martyrum mausolea. Cui successit Fortunatus ad regendam ecclesiam.

(a) Vat. *comperta*.

Eodem quoque tempore domnus Carolus Francorum rex Romam adiit, ibique ab Apostolico coronatus & unctus est in Imperatorem.

rem. Mortua est namque Herenis Augusta quæ rexerat imperium annis VIII. & Niciphorus imperiale fastigium adeptus est. quem quidam tyrannus Turchis nomine magna expeditione stipatus, conatus est ad prælium provocare. Sed Augustus cum sui imperii pæne omnia loca contra tyrannum tueretur, tantummodo solum (a) Tarsatum destruere (1) potuit. Postmodum vero prædictus tyrannus pœnitens quod contra Imperiale numen aliquod nefas (b) .... devotus & cernuus suam adinvenit gratiam. (a) Co d. Urb. & Vat. *Tarsatic um.* (b) Ib. p - *regisset.*

Prælibatus siquidem patriarcha acriter dolens interfectionem sui (c) prædecessoris & parentis, insidias adversus Mauritium & Johannem duces composuit, & relicta sede & urbe ad Italiam perrexit, quem etiam secutus est quidam Tribunus Obellierius nomine Metamaucensis, Felix Tribunus, Dimitrius, Marinianus, seu Fuscarus, Gregorius & nonnulli alii Veneticorum majores. Ex quibus solus patriarcha in Franciam ivit. Ceteri vero remanserunt in quadam civitate non procul a Venetia, nomine Tervisio, ibique non diutius degentes consilio illorum ad- (c) Ib *de-cessoris.* Pag. 12.

(1) Nempe tyrannus.

admoniti qui in Venetia morabantur, Obellierium tribunum elegerunt in ducem.

OBELLIERIUS DUX.

Quo Johannes & Mauritius duces comperto, attriti timoratione, fuga lapsi sunt. Alter illorum, ideſt Mauritius Franciam, alter vero Mantuam adivit. ubi adeo commorati sunt ut neuter illorum Venetiam amplius rediret sed illic diem clauſerunt extremum. Chriſtophorus etiam Olivolenſis epiſcopus dum Obellierii ducis non auderet adventum præſtolari cum prædictis ducibus fuga lapſus eſt. Tunc idem Obellierius audacter Venetiam intravit qui cum devote & honorifice a populo ſuſceptus eſſet, ſuum fratrem videlicet Beatum nomine dignitatis fecit ſibi ſocium. Hac etiam tempeſtate civitas nova quæ vocatur (1) Heracliana a Veneticis deſtructa eſt. Deinde prædicti duces navalem exercitum ad Dalmatiarum provin-

BEATUS DUX.

(1) De origine & fatis Heracleæ, cujus exordia Opiterginis civibus barbaricas clades effugientibus adſcribuntur, videndus inter ceteros Cl. Cornelius qui fuſe, eruditeque hiſtoriam hujuſce urbis, haud prætermiſſis Chronographi noſtri verbis, perſequitur part. III. *Eccl. Torc.* pagg. 365. Ibi inſuper de *Equilio* ſeu Equilo, poſtea *Jeſolo*, inſula inter ceteras Venetas a Chronographo noſtro memorata, nonnulla lectu digniſſima invenias,

vinciam depopulandam destinaverunt. Olivolensis (a) vero sedes quæ proprio pastore vacua videbatur Johanni diacono electo a plebe fuerat attributa.

(a) Utr. namque.

Post aliquod vero tempus Fortunatus patriarcha cum Christophoro episcopo de Francia repedavit. Quibus cum fas non esset Venetiam penetrare, in Sancti Cypriani ecclesia, plebe scilicet Altinatis episcopii quæ sita est apud Mistrinam, hospitati & aliquanto diu commorati sunt. Verum postquam domnus Fortunatus Christophori episcopi sedem a Johanne diacono injuste usurpatam didicit, prorsus doluit & (b) tentare studiosissime cæpit qualiter sibi faveret ut eum ad propriam sedem restituere posset. Johannes siquidem prædictus diaconus quadam die cum incautus iret, a Fortunato patriarcha captus & diu detentus est. Sed ut (c) excogitaret quid de illo agere deberet, nocte fugâ lapsus evasit, & instanter Obellierium ducem adivit. Cui cum ea quæ passus a Fortunato fuerat ordine recitaret potius ducis animum adversus eundem patriarcham in odium quam antea esset excitavit. Tamen consulente patriarcha, Christophorus sedem suam tandem recepit, Johannes vero diaconus reversus est

(b) Vat. tractare.

(c) Cod. uterque ubi.

ad

ad propriam domum. Igitur Fortunatus patriarcha cum per aliquanta temporum spatia exul a propria ſede maneret Gradenſem diſpoſuit reciprocare urbem. Et quia valde Nicetæ Patritii adventum præſtolari formidabat qui tunc miſſus ab Imperatore cum exercitu in partes Dalmatiarum atque Venetiarum veniebat, relicta ſede & propria urbe, iterum Franciam petiit. Johannes vero diaconus qui electus fuerat in epiſcopatu Olivolenſi, ordinatus eſt patriarcha. Obellierius ſiquidem dux per Nicetam patritium (1) Spatarii honorem ſuſcepit. Beatus vero frater ejus cum prædicto Niceta Conſtantinopolin ivit ſecumque deferens Veneticorum obſides & Chriſtophorum epiſcopum &
P. 12. f. v. Felicem tribunum. Quos Auguſtus exilio damnavit. Gubernavit autem prædictus Chriſtophorus Olivolenſem eccleſiam annis XII.

Quem

(1) *Spatarii*, & *Protoſpatarii*, vel ut alii ſcribunt *Spatharii*, & *Protoſpatharii*, idem prope erant tunc temporis quod hiſce noſtris *equites*, *cavalieri*. Eorum Inſignia *ſcaramangium* (genus veſtis) *enſis*, & *torques*. Videſis in *Ceremonial. Aulæ Byzantinæ* lib. I. cap. 59. De Protoſpathariis inſignis locus eſt in Excerptis Legum in legg. Leonis & Conſtantini Impp. ann. circiter 840. apud *Leunclav. in Baſilic.* p. 99. Ibi vocatos legas μεγαλοπρεπεστάτους h. e. *magnificentiſſimos*.

Quem successit Christophorus presbyter qui sancti Moysis ecclesiæ extitit plebanus. Eodem quoque tempore Civitas Heracliana a Veneticis iterum devastata & igne combusta est.

Tunc Beatus dux qui cum Niceta patritio Constantinopolin ivit, Venetiam reversus, ab Imperatore honore (1) Ypati condecoratus est. Deinde Obellierius & Beatus duces Valentinum tertium illorum fratrem dignitate sui ducatus habere consortem voluerunt. VALENTINUS DUX.

Interea fœdus quod Veneticorum populus olim cum Italico rege habebat, illo tempore, Pipino agente rege, disruptum est & idem rex ingentem exercitum Langobardorum ad Veneticorum Provinciam capiendam (a) per- (a) Vat. *promovit*.

(1) *Ypatus* h. e. *Consul*, sed *Consul honorarius*, seu mavis *Consularis*, & ut apud Procop. Lib. III. *de bello Goth. consul nomine tenus* ὕπατος καλυμένος μόνον. Frequens de iis in græcis Auctoribus, post conditam Constantinopolin, mentio. Recte tamen monuit Combefisius in Notis ad Theophanem vocem ὕπατος non semper in auctoribus græcis significare Consulem, sed quandoque *eximium*, *præcipuum*, *proceres*, & hujusmodi. De Insignibus horumce *Consulum honorariorum* vide Cassiodor. *Lib. VI. Variar.* Vide insuper celeberrimum *Pagium in Differt. Hypat.* Cap. VIII. p. 71. unde hæc hausimus.

permovit. Qui cum magna difficultate portus (a) quem dividunt Insularum littora pertransisset tandem ad quendam locum qui Albiola vocatur pervenit (1) nulla ratione in antea (b) pertendere gressum valuit. Ibique Duces stipati magna Veneticorum expeditione, eundem regem audacter aggressi sunt, & divinitus datum est Veneticis de inimicis triumphum.

(a) Urb. qui.

(b) Urb. pretendere.

Sicque prædictus rex confusus recessit. Igitur anno Incarnationis Redemptoris nostri .... Pipinus rex deposuit hominem, & Constantinopolitani Missi qui tunc ad eum legationis causa veniebant, mortuo ipso, reversi sunt. Johannes siquidem Patriarcha qui per xv. annorum spatia Gradensem sedem, vivente pastore, usurpavit, Synodali censura depositus est. Sed licet injuste sedem invaderet, tamen ante sanctorum martyrum Hermachoræ & Fortunati, seu Yllarii & Tatiani corpora. nec non & sancti Marci capellam marmoreis columpnis & tabulis honorifice choros componere studuit. In sanctæ vero Dei genetricis Mariæ ecclesia supra altare

(1) Supple *sed*, id enim dictionis ratio postulat. Seu si mavis, lege *& tandem ad quendam locum — pervenisset*.

re ciborium peregit. Fortunatus dehinc ad propriam sedem reversus est. Et quia nulla ratione (1) sui operis plenitudinem exarare me posse existimo, partem quam quorumdam relatione expertus sum stilo annotare studui. Ecclesiarum namque altaria Gradensis urbis, laminis argenteis condecoravit, & supra altaria martyrum argentea templa composuit. Ecclesiam vero sanctæ Agathæ martyris a fundamentis ipse ædificare devotissime fecit. Ubi Martyrum XL. & duo corpora in ejusdem ecclesiæ (2) crypta recondidit. Ceterum vero quidquid in thesauris seu in ecclesiarum ornamentis peregit nemo nominatim exprimere potest.

Hac quidem tempestate Nuntius constantinopolitanus nomine Eberſapius Venetiam adivit & Veneticorum consilio & virtute hoc peregit ut utrique duces & dignitatem & patriam amitterent. Unus idest Obellierius Constantinopolin alter vero (*a*) Jaderam petiit; qui quinque annorum spatio Veneticorum ducatum gubernaverunt. Pag. 13.

(a) Vat. *Jatteram*.

Dein.

(1) Num legendum *suorum operum*?

(2) In Cod. Urb. est *scripta*; sed indubie perperam pro *crypta*, amanuensium inscitia. In Cod. Vatic. *cripta*.

Ann. 804. Deinde cum esſent anni ab Incarnatione domini oćtingenti quatuor apud Rivoalten-ſem Inſulam Venetici communi Decreto du-catus ſedem habere maluerunt, & ad hunc honorem quendam virum (1) Agnelum (a) nomine qui palatii hucuſque manentis fue-rat fabricator, ſublimarunt. Sub dignitate etiam cujus duos Tribunos per ſingulos an-nos fieri conſtituerunt. Eodem quidem an-no Michael Imperator cum ad expugnan-dam Bulgarorum gentem aggreſſus (2) in tan-tum inimicorum multitudine perterritus fuit ut proprio relićto exercitu, fugam Conſtan-tinopolin (3) arripuit. Et quia valde ſibi ignominioſum hoc fuiſse videbatur non pa-latium ſed monaſterium petiit. Tunc Leo (4) qui

(a) Urb. rectius *Agnellum*.

ANGELUS, SEU AGNELLUS DUX.

(1) Etſi Scriptores noſtri ſibi ſatis non conſtent de vero no-mine Ducis hujus, extat tamen documentum ann. 819. Vene-torum omnium, ni fallor, vetuſtiſſimum, in quo *Agnellus Dux* perſpicue legitur. In eo agitur de translatione Monachorum Sanćti Servuli ad Sanćtum Hilarium ab eodem Duce perаćta. Vid. *Cl. Cornelium* in Eccl. *Sanćti Servul.* Vocum affinitas fortaſſe errorem induxit, maxime cum, veluti apud noſtrum, *Agnelli* nomen unica tantum l barbarice haud raro ſcriberetur.

(2) Dele τό *in*; & ſi magis arridet, lege *aggreſſus eſſet*.

(3) Indulge ſæculo ſi ita legebatur in autographo, ſed lege *arripuerit*.

(4) Sc. Armenus.

qui illius exercitus ductor & signifer erat, pugnam patrare minime timuit, & Deo favente cum triumpho urbem reversus est. Quem Imperatorem omnes fieri collaudaverunt. Postmodum vero Constantinum suum filium socium habere in hac dignitate voluit. Ann. 813

Prælibatus siquidem Agnellus dux cum duos haberet natos, unum illorum ideſt Justinianum Constantinopolin destinavit; quem Imperator honorifice suscipiens Ypati honorem sibi (a) largitus est. alterum vero ideſt Joannem ducem fieri promovit. Dehinc autem non post longum tempus Justinianus Ypatus Constantinopoli ad propria repedavit; dolensque fratrem suum in honore fastigiatum, contempsit adire palatium. Sed in sancti Severi ecclesia una cum sua conjuge hospitatus est. Pater namque ejus non diu filii molestationem & absentiam passus fuit quoniam illum valde diligebat. Interdixit honorem Johanni, & expulso a patria, apud Jaderam civitatem exilio retrusus est. Tunc satisfacere per omnia volens Justiniano suo filio, non solum ipsum sed etiam Agnellum suum nepotem ejusdem Justiniani natum consortem fecit sui ducatus. Unde factum

(a) MSS. ambo *largivit*.

ctum est ut Johannes qui apud Jaderam [sic] exulabat, fuga lapsus primum Sclaveniam deinde ad Italiam ad Bergami civitatem (1) pervenit. Interea pater & frater hoc audientes miserunt nuntios Imperatori Ludovico efflagitantes ut sibi redderet filium fuga lapsum.
Ann. 810. Imperator vero libenter illorum precibus obtemperans reddidit sibi fugitivum quem absque mora Constantinopolin una cum uxore
Pag. 13. f.v. destinaverunt. Eo quoque tempore Leo Imperator apud Constantinopolin interfectus est qui Imperii principatum annis gubernaverat septem, & Michael Imperium adeptus est. Agnellus vero prædictus dux legationis causa suum nepotem & æquivocum Constantinopolin misit; ibique mortuus fuit. Fortunatus quidem Patriarcha cum non sedule in sua vellet degere sede (2) sed contra Veneticorum voluntatem sæpissime Franciam repetebat, & quia hoc amodo ducibus displicebat, pepulerunt illum a sede, & in loco ejus ordinaverunt Johannem Sancti Servuli abbatem. Circa hæc tempora apud Olivolensem Insulam Sancti Petri ecclesia ædificari in-

(1) L. *pervenit*.
(2) Delendum suspicor τὸ *sed*. Redundat.

incepta eſt. Antedictus quidem Fortunatus Patriarcha, propria ſede (1) amiſſa, a) ſecundunque diximus Franciam cum Græcorum Miſſis repetebat. Ibique aliquanto diu moratus, diem clauſit extremum. Gubernavit autem Gradenſem eccleſiam per viginti & ſeptem annorum ſpatia. Eo quoque tempore quidam Veneticorum conſpirationem adverſus duces facere conati ſunt. ex quibus duo prope ſancti Gregorii eccleſiam ſuſpenſi ſunt, ideſt Johannes Tornaricus, & Bonus Bradaneſſo. Johannes autem Monetarius fuga lapſus eſt ad Lotharium. tamen quidquid habuit (b) & fortuna depopulata ſunt. Interea Johannes abbas qui electus in Gradenſi pontificatu fuerat, ſua ſponte relicta ſede, ſancti Yllarii eccleſiam petens una cum monachorum contubernio quod in ſancti Servuli monaſterio degebat, monaſterium ibi deinceps ordinare decrevit & habere pro futuro.

(a) Cod. Vat & Urb. *ſecundum quod*.

(b) Vat. & *domus*, Ita & Urb.

Venerius deinde Gradenſem adeptus eſt ſedem, qui ſancti Mauri eccleſiæ quæ ſuburbio ſita eſt extitit fabricator.

Anno quidem Incarnationis domini octin-

D gen-

(1) Forte leg. *propriam ſedem amiſerat*.

gentesimo vigesimo secundo, mortuo Agnello duce qui decem & cto annis Veneticorum ducatum gubernavit, ducatus dignitas in suo filio Justiniano remansit.

Ann. 822. Justinianus dux.

Hac etiam tempestate Michael Imperator mittens exercitum ad Siciliam Veneticorum auxilium petiit, cui Justinianus dux quasdam bellicosas naves transmittere studuit. Sed uterque exercitus minime aliquod triumphum consequi valuit. Eodem quoque tempore Johannes Agneli (*sic*) antedicti ducis filius & Justiniani frater qui exsul apud Constantinopolin extitit, ad Venetiam reversus est, & favente sibi Justiniano fratre, dux effectus est. Iterum Imperatore efflagitante exercitum ad Siciliam præparaverunt qui etiam reversus est sine triumpho.

Mortuo quidem Justiniano duce qui una cum patre gubernavit ducatum annis decem & septem, & post mortem patris spatio unius anni, dignitas in suo fratre remansit. Fuerat namque prædictus Justinianus maximus ecclesiarum cultor. sancti vero Zachariæ, & sancti Yllarii monasteriorum ipse extitit devotissimus fabricator. Ultimo vero vitæ suæ anno sanctissimi Marci evangelistæ corpus de Alexandria a Veneticis allatum recipere pro-

Johannes dux.

me-

meruit. Qui tanti thesauri munus honorifice suscipiens in sui palatii angulo peragere fecit capellam ubi illud reconditum (*a*) possit reservari, (*b*) interimque esset ecclesia expleta quam idem dompnus (1) inchoavit. sed præventus morte, Johannes suus videlicet frater ad finem perduxit.

(a) Vat. *posset*.
(b) Ib. *interim ecclesia esset*.

Ann. 829.

Circa hæc tempora Missus Sclavorum de insula Narentis ad dompnum Johannem ducem veniens, ab eo baptizatus est, pacem cum eo instituens licet minime perdurasset.

Interea Obellierius dux qui apud Constantinopolim exilio fuerat damnatus Venetiam reciprocavit. (2) in Vigilia civitate (*c*) apud Curridum se se (3) retrusit. Quo audito, Johan-

(c) Ib. *apud Curidum*

D 2

(1) Leg. *inchoaverat*.

(2) Deest aliquid, ni fæde fallor, legendumque suspicor aut *reciprocare volens*; aut *Venetiam reciprocavit*, & *subinde in Vigilia* &c. vel quid simile. Valde insuper ambigo num in Cod. autographo legeretur *Vegla*, non vero *Vigilia*, nomen fortasse detortum vitio amanuensium. *Veglam* in nostratibus monumentis centies vidi, *Vigiliam*, si bene memini, nullibi. Cod. Urb. *reciprocavit* & *Vigilia civitate apud Curidum*.

(3) Locus iste satis obscurus dubitationem movet propter eos (quos inter Cl. Th. Temantia in Diss. *de Sancto Hilario*) qui Vigiliam & Curidum prope Venetias fuisse arbitrantur; & infirmis freti conjecturis discrimen quoddam inter

Cu-

(a) Urb. *promovit.*

Johannes dux ad eundem capiendum (*a*) permovit exercitum. ſed cum diu prædictam civitatem obſidione circumvallaret, tandem diviſo exercitu Metamaucenſes ad prædictum Obellierium confugium fecerunt. Exercitus vero qui ſuo ſeniori fidem ſervabat Metamaucenſem inſulam expugnantes prorſus incenderunt. Tunc dompnus Johannes dux iterum præparavit exercitum cum quo ipſe veniens Vigiliam civitatem expugnavit, & capto Obellierio decollari eum juſſit. Cujus caput ad Metamaucenſem inſulam delatum in Sabbati ſancti die juxta ſancti Martini marginem ſuſpenſum eſt. Eo autem tempore ſancti

---

Curiclum & *Curidum* adſtruere conati ſunt. Verum *Vigilia* hic nomen eſt urbis & Inſulæ ſinus Flanatici quam vulgo *Veglia* appellant. Hanc eandem *Strabo* L. VII. Κυρακτικὴς, *Ptolemæus* vero Κουρικτὸν ſcripſerunt; urbeſque in ea erant Fulfinium, & Curicum. Item Tab. Peutinger. eam *Curicam* nominat, & a *Conſt. Porphyrogenn. de Adm. Imp.* Βέκλα vocatur. His adſtipulatur *Niger de Situ Or. Illyric.* & *Harduin. in Plinii Hiſt. Nat.* omneſque fere recentiores Geographi, ſi unum *Johannem Malumbram* excipias qui admodum inepte, in Inſula quæ vulgo *Pago* dicitur Veliam & Fulfinium collocavit. Putandum itaque Obellierium redire Venetias voluiſſe, ſed territum forte hoſtium minis, ſubſtitiſſe in Dalmatis; quod Chronographus noſter, etſi haud par um feſtinanter, innuere videtur.

cti Petri Olivolensis ecclesia quæ per novem annorum spatia fuerat fabricata, consecrationem recepit.

Anno vero nostri Redemptoris ab Incarnatione .... Hystrienses episcopi qui consecrationis donum a Gradensi Patriarcha, more solito recipiebant, Aquilejensi Metropolitano Langobardorum regis virtute coacti se se subdiderunt. Interea quidam Veneticorum idest Carosus Tribunus, & Victor nonnullique alii, facta conspiratione, Johannem ducem a Venetia pepulerunt & Carosus hanc usurpavit dignitatem. Tunc dompnus Johannes dux in Franciam ad Carolum regem ivit qui eum devote suscipiens, honorem & solatium sibi impendere procuravit. CAROSUS DUX.

Sequenti vero anno Basilius Tribunus & Johannes Marturius & ceteri nobiliores triginta numero prædicti Johannis ducis fidelitate, a patria exientes in sancti Martini ecclesia quæ apud Mistrinam loco, qui vocatur Strata, sita est hospitati & tamdiu commorati sunt donec Veneticorum multitudo ad illos conveniret ut Venetiam ad Carosi ducis periculum intrare sine aliquo obstaculo quivissent. Unde factum est quod quadam die dum prælibatus Carosus dux securus in

palatio maneret a prædictis hominibus captus, evulsis oculis exilio retrusus est. Sui quoque secutores idest (*a*) Deusdedi Grurus, (*b*) Marinus Patricius, Dominicus Monetarius, & Tritulus Gradensis interfecti sunt. Dehinc neminem ducem constituere voluerunt, sed eo (*c*) carentes ab Ursone Olivolensi episcopo & Basilio & Johanne Tribunis dijudicabantur. Tunc dompnus Joannes dux de Francia in sancti Dimitrii festivitate reversus est. quem Venetici prompte suscipientes ducatum sibi restituere satagerunt. Dominicus quidem Torcellensis episcopus, relicto episcopatu, monasterium petiit & in loco ejus Johannes est ordinatus.

(a) Vat. *Deusdedus*.
(b) Ib. *Martinus*. Pag. 14. fol. v.
(c) Codd. Vat. & Urb. *carente*.

JOHANNES DUX ITERUM.

Circa hæc tempora Venetici negotii causa dum Benevento revertebantur, a Narentanis Sclavis capti, pæne omnes interfecti sunt. Idem vero dompnus Johannes dux sanctissimi Marci evangelistæ ecclesiam consecrare, & digne beatum corpus in eadem collocare procuravit. Præterea quidam Veneticorum cognomento Mastalici diabolica suggestione decepti, eundem Johannem de sancti Petri ecclesia in ejusdem festivitate venientem comprehendentes, detonsa barba cum capillis, clericum apud Gradensem urbem consecrare fe-

fecerunt. qui ibi perftitit. (a) Interim diem ultimum dixit. Præfuit autem Veneticorum populo feptem annorum fpatio. Cui fucceffit quidam nobiliffimus Petrus nomine qui Johannem fuum filium confortem in honore habere voluit. Ifte namque tertio fui ducatus anno Sclavoniam bellicofis navibus (1) expugnaturam adivit. Sed ubi ad locum qui vocatur Sancti Martini Curtis perveniret, pacem cum illorum principe Murfclavo nomine firmavit. Deinde pertranfiens ad Narentanas infulas cum Drofaico Marianorum judice fimiliter fœdus inftituit, licet minime valeret & fic poftmodum ad Venetiam reverfus eft. Ubi diu commorari eum minime licuit, fed denuo præparavit exercitum adverfus (2) diuditum Sclavum ubi plufquam centum Venetici interfecti fuerunt & abfque triumpho reverfus eft. Tunc in menfe Madii fexta hora diei fol obfcuratus eft, & factus (*fic*) eft eclipfis. Hac denique tempeftate Theodofius patricius Conftantinopoli ad Venetiam veniens Spatarii honoris inveftituram Petro contulit duci,

(a) Vat. *interim diem ultimum vixit.*

PETRUS DUX. Ann. 836.

JOHANNES DUX CUM PATRE.

 in-

(1) Scrib. *expugnaturus.*

(2) Leg. *jam dictum*, vel forte facta barbarice *diu dictum.*

integroque anno ibi commoratus eſt ; ex Imperatoris parte eundem ducem efflagitans ut expeditionem ad expugnandos Sarracenos ſibi attribuere non recuſaret, quod libenter dux facere non denegavit. Tunc præparare ſexaginta bellicoſas naves ſub omni feſtinatione ſtuduit, & uſque ad Tarantum ubi Saba Sarracenorum princeps cum maximo exercitu manebat, eaſdem deſtinavit. Sed a Sarracenorum multitudine pæne omnes Venetici capti & interfecti ſunt. Iidem nempe Sarraceni videntes quod in chriſtianos victoriam eſſent conſecuti ad Abſarenſem civitatem uſque pertingere non dubitarunt, & in feria ſecunda Paſchæ incendio eam devaſtantes, ad Anconam civitatem (1) pervenerunt, quam ſimiliter igne concremantes, multos captivos exinde ſecum detulerunt. Deinde vaſtum per mare huc atque illuc navigantes, Adrianenſem portum qui vicinus (*a*) Venetiæ ſubſiſtit, applicuere. Ubi cum fortis induſtria, ſe illic nullam prædam capturos (*b*) pervidiſſent, redeundi iter ad propria arripuerunt. Poſtquam vero ad exitum Adriatici culphi pervenerunt, naves Veneti-

(a) Urb. *vicinior*.

(b) Ib. *prævidiſſent*.

(1) Ad marg. Cod. *tranſierunt*.

ticorum quæ de Sicilia seu de aliis partibus revertebantur omnes ab iisdem comprehensæ sunt.

In secundo vero anno iterum prædicti Sarraceni maximo cum exercitu usque ad Quarnarii culphum pervenerunt. quos Venetici navali expeditione aggredientes acriter juxta locum qui Sansagus nominatur supra eosdem irruerunt. Sed demum Venetici dantes terga, victi regressi sunt. Prædicti Sarraceni etiam Romam ausi sunt adire, ecclesiamque Sancti Petri deprædare. Verum cum ad sancti Pauli Ecclesiam pervenissent, a Romanis civibus pæne omnes occisi sunt.

Circa hæc tempora Sclavi venientes ad Veneticorum loca expugnanda, Caprulensem tantummodo Castrum deprædaverunt.

Interea Ludovicus Francorum Rex Beneventi Principatum adivit & capto Abomasale inimico cum suis Romam regressus est, sicque ab Apostolico coronatus & unctus est in regem. Fertur quoque tunc Ragusiensem civitatem maris & venti impetu maxima ex parte (a) cecidisse. Denuo Ancona civitas, iis diebus deprædata est. Venerius quidem Gradensis patriarcha qui pontificalem sedem annis rexerat xxiv. & mensibus octo, mor-

(a) Urbs decidisse.

mortuus est, & Victor patriarcha extitit sibi successor. Illud etiam non (*a*) prætermittendum quod antedicti duces ad sua tuenda loca, eo tempore duas bellicosas naves tales perficere studuerunt quales nunquam apud Venetiam antea fuerant quæ græca lingua (*b*) Galandriæ dicuntur. Iisdem diebus Ursus Olivolensis ecclesiæ præsul qui pontificalem sedem annis gubernavit xxxII. hominem [1] exivit. Cui successit Maurus episcopus. Eo vero anno talis glacies apud Venetiam dicitur fuisse qualis nec antea nec postea visa est.

(a) Vat. est.

(b) Urb. zalandriæ.

Mortuo vero Victore patriarcha qui Gradensem ecclesiam annis gubernaverat sex mensibus tribus & diebus quatuor, Vitalis hanc adeptus est sedem.

Anno quidem Domini nostri Jesu Christi ab Incarnatione .... Ludovicus Langobardorum rex una cum conjuge sua ad locum qui Brondolus vocatur veniens apud Sancti Michaelis monasterium ab utroque duce honorifice susceptus est. Ubi cum triduo simul commanerent, ad dilectionis seu pacis vin-

(1) Restitue *exuit*.

vinculum corroborandum Johannes dux suam de sacro baptismate sobolem regem promovit ut susciperet. Quo peracto rex cum conjuge Italiam, duces vero ad Palatium reversi sunt. Eo tempore Normannorum gentes cum trecentis sexaginta navibus Constantinopolitanam urbem adire ausi sunt. Verum quia nulla ratione inexpugnabilem lædere valebant urbem, suburbanum fortiter patrantes bellum quamplurimos ibi occidere non pepercerunt, & sic prædicta gens cum triumpho ad propria regressa est. Iis etiam diebus Caroli Francorum regis & Lotharii ejus filii (a) exercitus Ludovico Langobardorum regi denuntiatus est, & iisdem Francis interpellantibus, illuc ire festinavit, eosque sub suo mansuros regimine acquisivit. duorumque deinceps Regnorum Imperator effectus est. Tunc vero Mauro Olivolense episcopo mortuo qui Pontificatus honorem rexit annos decem, Dominicus episcopus sibi successor extitit. Pag. 15. f. v.

(a) Urb. exitus.

Interea cum essent anni ab Incarnatione nostri Redemptoris .... Johannes dux diem finivit supremum, & ducatus in suo genitore solo remansit qui uno anno post filii funus dum in sancti Zachariæ monasterio

diem

diem celebraret festum, a pessimis hominibus, exiente eo, peracto Vespero, de ecclesia, insons crudeliter interemptus est. Cujus corpus sanctæ moniales in ejusdem ecclesiæ atrio studiose sepellire procuraverunt. Gubernavit autem Veneticorum populum annorum spatia (*a*) .... Deinde ad eundem dignitatis culmen quemdam virum Ursonem nomine sublimarunt. Nomina nempe homicidarum qui hoc facinus peregerunt hæc sunt. Joannes Gradonicus cum quodam nepote, Petrus Stephani Candiani filius, Stephanus de Sabulo, Dominicus Faletri filius, unus Grugnarius, duo fratres (*b*) Sabbiani filii & multi alii, nomina quorum (*c*) ignoramus. Sed divina clementia diu noluit multum hoc prætermittere scelus. In sancti Sixti festivitate Johannes Gradonicus cum duobus natis, Stephanus, & Sabulo, & Johannes Labresella occisi sunt. Petrus quidem Candianus, Petrus (*d*) Detensius, Petrus Flabianicus, Dominicus Faletrus per Petrum (1) Equilegiensem episcopum & Johannem Gradensem archidiaconum, & Domi-

(a) Urb. *spatio*.

URSUS DUX. Ann. 864.

(b) Urb. *Ursus*.

(c) Vat. & Urb. *Salbiani*.

(d) Urb. *ignorantur*.

(e) Vat. *Cletensius*.

(1) Leg. *Equilensem*.

minicum Maffionem Conftantinopolin ad exulandum deftinati funt. Ceteri namque ideft Stephanus Candiani cum Johannis Gradonici nepote, feu omnes fceleris prædicti confcii repulfi a patria, exilio apud Franciam damnati, redeundi aditum numquam reperire valuerunt. Tamen unus illorum qui apud Venetiam remanfit, ideft Urfus Grugnarius a dæmonio conquaffatus expiravit. Prælibatus quidem Urfus dux adverfus (*a*) Domogoum Sclavorum principem cum navali expeditione properavit. Sed cernente eo [*b*] Venetorum multitudinem prohibuit pugnam & pacem requifivit. Deinde acceptis obfidibus Dux ad Venetiam repedavit. Eodem vero tempore Deufdedi Torcellenfis epifcopus a duobus fuis fervitoribus apud Altinum interfectus diem finivit ultimum. Quod audiens dux unum ex illis juxta flumen quod Silis vocatur, alterum vero in Torcellenfi lacuna fufpendere permifit. Præfuit autem Altinati ecclefiæ antedictus epifcopus annis .... Ecclefia namque Sanctæ Dei Genetricis & Virginis Mariæ quæ vetuftate pæne confumpta manebat, a Marini patritii filiis confolidata eft. Hac denique tempeftate Michael Imperator interfectus eft. Bafilius vero cum fuo filio

(a) Ib. *Glommagoum*.
(b) Ib. *Veneticorum*. Pag. 16.

filio Conftantino imperatores interfecti funt. - His diebus Urfoni Veneticorum duci nunciatum eft quod exercitus Saracenorum juxta Tarantum maneret. Tunc navibus bellicofis eofdem dimicaturus adivit. Cumque diu inter fe decertantes, Sarraceni fuperati cecidiffent, Venetici victores reverfi funt. Interea Baris civitas domini Ludovici regis Francorum & Langobardorum ab exercitu capta eft. quam videlicet civitatem [a] Bandone ejufdem civitatis Gaftaldione agente, Saracenorum gens per annos circiter xxx. tenuerunt. Trigefimo primo anno divina favente gratia, reddita eft illis impietas quam chriftianis civibus olim intulerant. Capta eft autem quarto Nonas Februarias, qua die fanctæ dei Genetricis virginis Mariæ Purificatio celebratur. Sequenti vero anno menfe Madii, item Sarraceni a Creta infula egredientes, quafdam Dalmatiarum urbes depopulati funt, pariterque etiam Bracienfem ejufdem provinciæ urbem invaferunt. Quod cum dompno Urfo duci [b] nunciatum effet, parvam naviculam cum xiv. hominibus ad Hyftriam ufque deftinare cum feftinatione ftuduit. quatenus [c] ne Sarraceni Venetiam petere vellent vel qualis eorum

(a) Vat. *Bandone e.c. gaftaldio agente*. Sic & Urb.

(b) Urb. *denunciatum*

(c) Ib. *Sarraceni ne forse*.

rum fortitudo fubfifteret explorare deberent. Qui cum de Gradenfi civitate Hyftriam petituri exiffent, prædones Sclavi qui in portu Silvodis reclufi latitabant, fupra eandem naviculam velociter irruerunt. Ubi cum utraque pars fortiter dimicaret multique Sclavorum percuffi deficerent, noviffime vero capta Veneticorum ab iifdem Sclavis navicula, omnes Venetici qui intus erant, occifi funt. Prædicti autem Sarraceni, urbibus quas diximus devaftatis cum inextimabili præda ad propria funt reverfi. Eodem vero tempore dum dictus Ludovicus Imperator adhuc apud Beneventum commoraretur exercitufque ejus Taranti civitatem obfideret quam Sarraceni captam detinebant [a], Adelchis Langobardorum princeps imperatorem extinguere molitus eft. Sed cum facile hoc nephas perficere non valeret, facramento eum conftrinxit quod ultra in regione eadem nec ipfe (1) nifi rogatus veniret, nec exercitum mitteret. Deinde ad Beneventum cum rediret, Sarracenos qui apud Terracinam Campaniæ manebant, aggreffus fortiter in-

(a) Vat. *Adelchifi*.

Pag. 16 f. v.

(1) Cod. Vat. legit *nec tempore*. Utrique male. Legend. fufpicor *nec ullo tempore ipfe, nifi rogatus*.

debellavit. undecimque millia ex eis occidit & sic ad Italiam reversus est. Hac denique tempestate mortuo Vitale patriarcha qui Gradensem ecclesiam annis rexerat (1) XVIII. dompnus Petrus diaconus in loco ejus electus est, vir sanctitate præcipuus & grammaticæ artis peritus. Hic cum tanti honoris se indignum judicaret, priusquam eligeretur ad Italiam confugit. Sed tandem precibus reductus, invitus ad pontificale culmen ascendit. Ludovicus Pius Imperator
Ann. 847. tunc Veronæ obiit. Apud Torcellum quidem mortuo Senatore episcopo qui Altinatis (*sic*) ecclesiam annis .... gubernavit, subrogatus est in ea sede Dominicus Abbas Altinatis monasterii qui olim fuerat monachus Sancti Yllarii, & inde eggressus pro imposito crimine, veretro sibi abscisso, apud Spoletum postmodum (*a*) aliquanto diu commoratus est. Quem dum contra (2) diu decretum Petrus egregius patriarcha sub anathematis

(a) Urb. *aliquandiu*.

(1) Notas numerales XVIII. manus recentior supplevit. In MSS. Vat. & Urb. nota nulla.

(2) Locus fæde corruptus. Legendum scripseram, *contra ducis decretum*; meamque lectionem Codex Urbinas postea probavit.

tis vinculo coarctaret, ejusdem ducis amissa gratia, egressus, Hystriensem petiit provinciam.

Circa hæc tempora Sarraceni advenientes Gradensem urbem capere conati sunt. Sed civibus fortiter decertantibus, Sarracenorum impietas non prævaluit. Tamen cum duobus diebus prædictam urbem obsedissent, denunciatum est dompno Urso duci qui instanter Johannem filium suum adversus eosdem cum navali exercitu misit. Quod cum Sarraceni forte investigarent, protinus recedentes ab urbe, Cumaclensem villam depopulati sunt. Dompnus vero Petrus patriarcha, relicta Gradensi urbe, Rivoaltum adveniens apud Sancti Juliani sui patrimonii ecclesiam hospitatus, ibi per integrum annum commoratus est. Tamen perfectam cum duce pacem propter Torcellensem electum minime habebat. Tandem patriarcha duci resistere non valens occulte de Venetia exivit, Romamque adire disposuit, quem dompnus Papa Johannes devote suscipiens, integro anno secum morari (a) coegit. Eo tempore dompnus Ursus dux, Johannem filium suum in dignitate sibi consortem fecit. Tunc Sclavorum pessimæ gentes & Dalmatia-

(a) Urb. *eum coegit*

JOHANNES DUX, CUM PATRE.

tianorum Yſtrienſem Provinciam deprædare
(a) Id Cod. *videlicet.* cæperunt. Quatuor (*a*) vero urbes ibidem
devaſtaverunt, ideſt Umacus, Civitas Nova, Sipiares, atque Ruinius. Deinde nunciatum eſt Dompno Urſo duci quod Gradenſem ad urbem vellent tranſire, & ipſe cum triginta navibus ad prædictam civitatem venit. Inde pertranſiens Hyſtriam, audacter ſuper eoſdem Sclavos irruens, in tantum eoſdem cæde proſtravit ut nemo illorum eva-
Pag. 17. dens patriam (1) valuit reverti. (*b*) Quo-
(b) Ib. *Quam i p. c. victoriam conſecutus, Sclavos ec.* niam idem princeps cælitus victoriam conſecutus eſt, Sclavos quos in hoc certamine ceperat liberos dimiſit, eccleſiarumque res quæ ſublatæ in prælibata provincia fuerant, reſtituit, ſicque triumphali cum gloria pala-
(c) Ib. *Eo tempore.* tium rediit (*c*). Et propter hoc fœdus quod inter Sclavos & Veneticos fuerat olim, diſru-
(d) Vat. *Sandab.* Urbinate conſentiente. ptum eſt. Eodem (*d*) Sandam Saracenorum princeps qui in (2) Varenſi urbe jamdudum captus uſque ad tempus iſtud carcere truſus manebat ab Adelgiſi Langobardorum duce dimiſſus, iterum poſt aliquantum tempus Tarantum rediit, multaque poſtea Chriſtianis

(1) Leg. *valuerit.*
(2) Scilicet *Barenſi*. Ita & Vatic.

nis mala induxit. Dehinc mortuo Domogoi Sclavorum pessimo duce, dompnus Ursus dux & Johannes suus filius cum Sclavis pacem & concordiam (a) inivit. Tamen adversus Narentanos cum quibus jurgium habebat, exercitum misit.

Hac tempestate Dominicus Olivolensis Episcopus mortuus est qui Olivolensem sedem annis gubernavit .... dompnus Johannes archidiaconus Marini patritii filius in loco ejus ordinatus est. Petrus siquidem patriarcha qui Romæ fuerat una cum Johanne Papa Ravennam adveniens, ibique septuaginta Episcoporum Synodo congregata, duos Episcopos Venetiæ idest Petrum Equilensem & Leonem Caprulensem, & eos quierant in eadem Provincia electi ad eundem Concilium convocavit ut contemptionis causam inter Ursonem ducem & patriarcham diligentissime (b) terminaret.

Sed dum Episcopi cum electis tarde & expleta jam Synodo Ravennam venirent, communione a Papa privati, duce tamen interpellante soluti sunt. Circa hæc tempora Carolus Francorum rex quem dudum Johannes Papa regem Italiæ unxerat, Papiam adveniens, Regnum invasit; ad quem Papa

(a) Urb. *iniit*.

(b) Vat. *determinaret*.

E 2 pro-

profectus digno honore ab eo susceptus est.
(a) Urb. *Bononiam*. Petrus vero patriarcha (*a*) Bononiam veniens aliquanto diu ibi commoratus rursus Parmam adiit ac deinde domini Papæ amore Papiam petiit. His diebus Carlomannus Bajovarorum rex, magno cum exercitu ingressus Italiam, Carolum effugavit. Qui vero Carolus Franciam cum petere vellet, infirmitate detentus, in via mortuus est. Dompnus quidem Papa Romam reversus est. Petrum vero patriarcham Papiæ reliquit. Qui ibi aliquantis diebus manens dehinc Tarvisium veniens a Landono ipsius civitatis episcopo, dignissima veneratione susceptus est. Ubi cum, Legatis inter ipsum & prædictum ducem euntibus, tandem pax pristina consolidata esset, idem egregius pontifex Venetiam repedavit, & duce interpellante, aliquantis diebus in palatio mansit. Ea vero ratione ut Dominicus presbyter Torcellensis Ecclesiæ electus, pro quo inter eos discordia fuerat diebus Petri patriarchæ episcopali consecratione careret. in (1) episcopis tamen domo manens fruendi rebus
Pag. 17. f. v. ejusdem ecclesiæ licentiam haberet. Qui post paucos dies cum gratiam apud condictum pon-

(1) Leg. *episcopi*, seu si mavis, *episcopii* cum Urbinate.

pontificem reperiret, eum in Torcellensi ecclesia ad convivium invitavit. Deinde ad Gradensem urbem patriarcha reversus, tres electos episcopos consecravit, idest Johannem Olivolensem, & Leonem Methamaucensem, & Johannem Civitatis Novæ. Petrus vero patriarcha post paucum tempus ad Rivoaltum adveniens in Sancti Juliani (a) hospitatus est. qui non diu corporis sospitatem gerens, molestia præventus in eadem ecclesia, sancta ejus anima migravit ad gloriam. Gubernavit autem Gradensem ecclesiam annis quatuor & mensibus sex. Fuit autem statura decens & aspectu pulcher, non plus ætatis quam quadraginta annorum extitit. Cujus corpus maximo cum honore Venetici ad Gradensem urbem deportantes ante Sanctæ Euphemiæ ecclesiam in atrio sepellierunt.

(a) Urb. basilica.

Post hunc vero ad Gradensem gubernandam ecclesiam Victor presbyter Sancti Sylvestri basilicæ successit. His diebus Sedeclavus Tibimiri ex progenie imperiali fultus præsidio, Constantinopoli veniens ducatum arripuit, (1) filioque Domogoi exilio

 tru-

(1) Leg. *filiumque*; vel cum Urbinat e *filiosque*.

trusit. Eo vero tempore dompnus Ursus dux ab imperialibus internuntiis protospata rius effectus, donis amplissimis ditatus est. suamque filiam nomine Feliciam (*a*) Redoaldo Johannis ducis [*b*] Bononiæ filio in conjugium tradidit. Johanna siquidem abbatissa dompni Ursi ducis filia Sancti Zachariæ Monasterium jam pæne vetustate consumptum a fundamentis recreare studuit. Tunc Victor electus patriarcha VIII. Kal. Febr. consecratus est. qui etiam Dominicum Torcellensem electum contra voluntatem consecravit, quoniam in suæ electionis die sacramento a Principe constrictus est ut qualem ipse illi electum dirigeret, talem ille consecraret. Dixit autem sibi patriarcha. Væ tibi quia temere ad hunc accedis honorem. An nescis ubi dicitur siquis semet ipsum absciderit eijciatur a clero? & ut coacte me facere credas, in die Judicii pro hoc honore, nisi pœniteas, rationem reddes qui tibi ipsi verenda amputare minime pepercisti. Circa hæc tempora mensis madii die XXII. sanguis de nubibus pluit. Tunc Johannes Olivolensis ecclesiæ præsul obiit, qui prædictam ecclesiam annis gubernaverat..... Quem Lau-

(a) Vat. *Codoaldo*. Urb. vero *Rodoaldo*.

(b) Urb. *Bolonia*.

Laurentius presbyter ad hanc sedem regendam secutus est. His diebus quidam sclavus nomine Brenamir interfecto Sedesclavo ipsius ducatum usurpavit. Dompnus quidem Ursus dux efflagitante Basilio imperatore eo tempore XII. campanas Constantinopolin misit quas Imperator in ecclesia noviter ab eo constructa posuit, & ex tempore illo Græci campanas habere cœperunt. Pag. 18.

Mortuo vero hac tempestate dompno Urso duce dignitas in Johanne suo filio remansit. Fuit autem prædictus Ursus vir multæ sapientiæ & pietatis & amator pacis. Ipse apud Civitatem Novam Heraclianam palatium construere fecit. Temporibus cujus in rivoalto etiam paludes cultandi homines licentiam habuerunt & domos ædificandi contra Orientem. Insula namquæ quæ Dorsum durum vocatur consulente illo composita fuerat. Gubernavit autem prædictum honorem annis XVII. & mortuus est ac sepultus in Sancti Zachariæ monasterio. Johannes vero dux Cumaclensem Comitatum ex Romani Pontificis largitate acquirere cupiens Baduarium suum fratrem Romam direxit. qui dum Ravennam adiret, Marinus Cumaclensium Comes super eum viros armatos misit & ibi

JOHANNES DUX SOLUS. Ann. 881.

vulneratus in crure captus est. Tunc prædictus Comes ne hanc injuriam requireret, sacramento eum constrinxit atque dimisit. Sed reversus ad Venetiam statim vitam finivit. Propter quam causam dompnus Johannes dux navali exercitu ad Cumaclensem castrum properans ejusdem populum acquisivit, & ordinatis ibi secundum suum velle judicibus, ad palatium rediit, & morte fratris ulciscenda Ravennates deprædari jussit. Circa hæc tempora mense Julio stella de oriente in modum favillæ (*a*) visa est pertransisse quæ totum pæne mundum illuminavit. Post cujus transitum visum est hominibus in cœlo audisse in modum sonitus portarum cum aperiuntur, & clauduntur, & propterea dicebant quod cœlum apertum esset & clausum. Tunc Victor patriarcha ex hac luce migravit. qui Gradensem gubernaverat ecclesiam annis XVIII. sepultusque est in atrio Sanctæ Euphemiæ. Cui successit Georgius frater ipsius qui non plusquam anno uno, menses VI. & diebus XXI. vixit. Huic Vitalis junior ad regendam successit ecclesiam. Dompnus siquidem Johannes dux corporis infirmitate detentus Petrum minimum suum fratrem, populo adclamante, successorem sibi

(a) Codd. Vat. & Urb. *facule*.

PETRUS DUX CUM FRATRE.

bi elegit. Quem poſtea cum convaleret, habere eum conſortem voluit. Ipſe vero infirmitate correptus, non diu cum fratre manens expiravit, ſepultuſque fuit juxta prædictum Baduarium ſuum fratrem qui non plus annorum quam xxv. fuerat. Dompnus vero Johannes dux Sanctorum Cornelii & Cypriani eccleſiam a fundamentis in loco qui Vinea (a) cont..... nominatur ædifica- (a) Codd. Urb. & Vat. *vinea contra*
re fecit. Tunc Imperator Baſilius migravit ab hac luce.

Prælibatus Johannes dux alterum germa- Ann. 886. URSUS DUX CUM FRATRE. Pag. 18. ſ. v.
num ſuum Urſum nomine ſibi conſortem fecit. Siquidem dompnus Urſus dux dum quatuor haberet filios ideſt Johannem, Baduarium, Urſum, & Petrum, omnes ducatus dignitate præter Baduarium claruerunt. Eodem vero tempore aquæ diluvii in finibus Venetiarum fuerant in tantum ut omnes eccleſias ſive domos penetrarent. Deinde cum dompnus Johannes dux adhuc infirmitate detentus (1) frater ejus ducatum renueret, Venetici ducem ſibi conſtituerunt Petrum, videlicet cognomento Candianum infra domum

(1) Excidit, ni fallor *ne esset*, &c.

mum ipsius XVII. die mensis Aprilis. quem dompnus Johannes dux clementer ad palatium convocans spatam, (1) fustemque, ac sellam ei contradidit, eumque sibi successorem constituens ad domum suam reversus est.

Petrus Candianus I. Dux. Ann. 881.

Suscepto itaque ducatu Petrus dux cum dompno Johanne duce ejusque germano satis honorifice egit. & contra Narentanos Sclavos confestim exercitum misit. Qui cum sine effectu reversus esset, tunc per semetipsum cum XII. navibus mense Augusto in mare hostiliter est egressus, & ad montem Sclavorum perveniens in loco qui vocatur Mucules exivit, licet cum paucis. Sed Sclavos sibi resistentes primum in fugam vertit

(1) In antiquis nostratibus nummis argenteis, vulgo *grossi*, seu *matapanes* dux dextera vexillum, sinistra fustem gerit. Ibi videas si lubet. Quo vero tempore desiderit usus apud nostros Duces fustis hujus, seu mavis sceptri, quis dicat? alte silentibus Historicis omnibus quos usque in hunc diem mihi videre contigit. Ceterum de Candianæ Gentis origine, ejusque Principatu apud Patavinos, & Vicetinos, quibus Vitalis, sive Hugo Comes Candianus imperabat Sæc. X. & XI ineunte, vide Cl. *Augustin. Gradonicum* Præsul. Clugiensem in epist. quam ficto *Dorasii* nomine edidit ann. 1760. Ibi legas acta & instrumenta nonnulla ad hanc prænobilem ditissimamque familiam pertinentia. Stemma insuper genealogicum Cl. Auct. adjecit.

tit, multosque ex illis occidens, quinque naves illorum quæ ibi erant, securibus fregit. Sed demum irruentibus Sclavis, ibidem interfectus est cum aliis septem mense Septembris die octavo decimo, ceteri vero incolumes reversi sunt. Tenuit autem ducatum idem Petrus dux menses v. Fuit autem vir bellicosus & audax, sapiens & admodum largus. (1) ecclesiam vero in tantum frequentans ut nullo tempore divino careret officio. Cujus corpus Andreas Tribunus latenter Sclavis sublatum Gradensem ad urbem misit, ibique sepultus est in atrio ecclesiæ. Fuit autem statura mediocris, annorum quadraginta quinque. Tunc dompnus Johannes dux, quamvis adhuc infirmus, deprecante populo, ad palatium rediit. JOHANNES DUX ITERUM.

Sed diutius stare nolens, licentiam populo dedit ut constitueret sibi ducem quem vellet. Tunc omnes pariter elegerunt sibi Petrum Ann. 888. PETRUS DOMINICI TRIBUNI DUX.

(1) Attende primævam Venetorum Principum in Deum pietatem, quæ semper fuit inclytæ, sanctissimæquæ Reipublicæ indoles, & exercitium. Ceterum quo magis has paginas verso, eo magis me suspicio tenet auctorem hujus Chronici fuisse presbyterum quempiam sive Gradensis, sive Olivolensis ecclesiæ. Viden quanta diligentia res sacras & quæ ad pietatem faciunt ubique commemoret?

trum nobilem virum filium Dominici tribuni . qui videlicet Petrus natus fuerat de Agnella neptia Petri superioris ducis quem ad Monasterium diximus interfectum. (a) Mortuoque ipso tempore Vitale patriarcha qui ecclesiam Gradensem gubernaverat annis III. & mensibus III. diebusque XVI. Successit sibi Dominicus patriarcha . Dompnus vero Johannes dux rursus ad domum propriam rediit, ibique usque ad vitæ finem mansit.

(a) Vat. *Mortuo itaque*.

Ann. 490. Interea Ungrorum pagana & crudelissima gens Italiam veniens , incendiis & rapinis cuncta devastans , maximamque multitudinem hominum interficiens, nonnullos etiam captivos reservavit . Contra quos Berengarius rex direxit exercitum XV.m. hominum. Sed pauci ex eis reversi sunt . Ungri vero (a) pertransientes Taurisium , Patavium, Brixiam, ceterosque fines , Papiam & Mediolanum venerunt & usque ad montem Jobis depopulantes cuncta devastaverunt . Sed ad Venetias introgressi cum equis atque bellicis navibus , primum Civitatem Novam fugiente populo, igne concremaverunt. Deinde Equilium (b) (1) Caputargilem incende-

(a) Codd. Vat. & Urb. *pertransieuntes*. Pag. 19.

(b) Vat. *finem Clojam*. Urbinas vero *finem , Coilam* .

(1) Deest verbum .

derunt, littoraque maris depopulaverunt. verum etiam tentantes Rivoaltum & Metamaucum ingredi per loca quæ Albiola vocantur in die passionis Apostolorum sanctorum Petri & Pauli. Tunc dompnus Petrus dux, navali exercitu, dei protectus auxilio, prædictos Ungros in fugam vertit. Fuit namque hæc persecutio in Italia & Venetia anno uno. Rex igitur Berengarius, datis obsidibus ac donis, prædictos Ungros de Italia discedere fecit cum omni præda quam ceperant. Hac scilicet tempestate Dominicus patriarcha migravit a sæculo qui ecclesiam Gradensem rexerat annis VII. & mensibus XI. Cujus Laurentius successor extitit. Circa hæc vero tempora Dompnus Petrus dux una Ann. circiter 902. cum suis civitatem apud Rivoaltum ædificare cœpit (1) anno sui ducatus IX. sicque Leo imperator Protospatarii honorem sibi injunxit. Prædictæ vero civitatis murus a capite rivuli de Castello usque ad ecclesiam sanctæ Mariæ quæ de Jubanico dicitur, extendebatur. Maximaque cathena ferrea inibi composita erat quæ uno capite in fine prædicti muri, alio vero in Sancti Gregorii ecclesiæ mar-

(1) Primordium urbis Venetiarum.

margine, quæ trans ripam posita est cohærebat. ob hoc videlicet ne ulla navis penetrandi facultatem nisi (*a*) soluta cathena haberet. Vixit autem jam dictus Petrus dux in ducatu annis xxiii. & mortuus est, sepultusque in Sancti Zachariæ Monasterio. de cujus funere Venetici non modice condoluerunt, quia plenus omni bonitate honorifice rexit ducatum. Cui successit ad hanc regendam dignitatem dompnus Ursus cognomento Particiacus qui mox ut dux effectus est suum filium Petrum nomine Constantinopolin ad Leonem Imperatorem destinavit. Quem Imperator cum honore suscipiens Protospatarium illum fecit, ditatumque maximis donis ad propria redire permisit. Qui dum Croatorum fines rediens transire vellet a Michaele Sclavorum duce fraude deceptus, omnibusque bonis privatus atque Uulgarico regi Simeoni nomine, exilii pœna transmissus est. Quem (*b*) prædictus pater acriter dolens, minime acquirere quivit, donec interim per suum internuncium Dominicum videlicet Metamaucensem archidiaconum qui postea episcopus effectus est, suis donis redimeret.

(a) Codd. Urb. & Vat. *dissoluta*.

Ursus Particiacus dux. Ann. 911.

(b) Codd. ambo *Quem pater prædictum*.

His autem diebus defuncto Leone imperatore,

tore, Constantinus ejus filius Imperium adeptus est. Ipso [a] tempore Laurentius patriarcha hominem exuit, qui Gradensem ecclesiam rexerat annis XII. mensibus VIII. diebus XXIV. tumulatusque est in Sanctæ Euphemiæ atrio. Cui Marinus patriarcha successit. Prælibatusque Ursus dux dum ducatum annis gereret XX. jam senex effectus terrena penitus parvipendens cœnobitalemque habitum in Sancti Felicis Monasterio devote suscipiens, ibi vitam finivit. Fuit namque ingenio præclarus, sanctitate præditus, justitiæ amator, eleemosyna dapsilis, omnibusque bonis fultus. Post cujus discessum quidam nobilissimus Petrus cognomento Candianus ducatum suscipiens, nihilo minus sui decessoris exemplo subditum sibi populum tractare conatus est. Ubi dum Cumaclensis insulæ homines temere quosdam Veneticos comprehendissent, ipse vero tanti dedecoris injuriam non (1) ferens, misso illuc exercitu ipsorum castrum igne combussit quosdamque illorum interficiens, reliquos utriusque sexus ad Venetiam duxit, ibique tamdiu ipsos detinuit donec sese suæ

(a) Vat. *Ipso etiam.* Pag. 19. f. v.

PETRUS CANDIANUS II. DUX. Ann. 932.

(1) Leg. *ferret*.

suæ ditioni sacramentorum fide subderent & ut proprii sibi deinceps in omnibus obtemperarent. His namque diebus quidam Olivolensis episcopus Dominicus nomine defunctus est, cui successit Petrus Petri Tribuni filius. Antedictus vero Petrus Candianus Dux suum dilectum (1) æquivocum filium Constantinopolin ad Constantinum, & Romanum Imperatores transmisit, a quibus Protospatarius effectus, cum maximis donis ad Venetiam rediit. Qui vero prælibatus Dux post adventum filii non plusquam quinque annorum spatia vivens ab hac luce subtractus est. [*sic*] Quem successit Petrus Ursonis Ducis filius. is qui apud Vulgaricum Regem fuerat exulatus. Sane non absurdum videtur interponere quomodo prædictus Romanus imperiale fastigium usurpavit. Leo scilicet Imperator quem supra memoravimus, dum solito more navalem exercitum in Saracenos mitteret, eumdem Romanum, qui tunc delongarii (2) officio fun-

PETRUS URSONIS DUX. Ann. 939.

(1) Nempe ejusdem nominis.

(2) Vox pessime detorta. Leg. *Drungarii*. Drungarius, græca vox sequiorum sæculorum a Δρόγγος *globus* (sc. militum) ad militiam & præsertim maritimam pertinens, Chiliar-

fungebatur, primum eductorem ipsius exercitus constituit. Interea mortuo Leone Imperatore, Constantinus ejus filius omnium electione imperium est adeptus. Qui statim ad Romanum suos delegavit nuncios, mandans ut una cum exercitu Constantinopolin remearet, quibus respondisse fertur se nulla ratione Constantinopolin redditurum, neque suæ ditioni (1) temperaturum, nisi eum in palatio majorem consiliarium & quasi patrem coleret. Sin vero aliter procul dubio sese totis [*sic*] nixibus suo Imperio repugnaturum promisit. Mox namque verba operibus adimplens, Civitatem quæ Avitus dicitur adiit, ibique ne aliquis alimoniam Constantinopolin deferret penitus interdixit. Unde factum est, ut cives inedia pæne consumpti, imperiali consilio, eumdem in palatio ut exposcerat receperunt. Qui instanter suam filiam Constanti- Pag. 20.

F no

iarcham & haud raro etiam ducem totius στόλυ seu classis indicabat. Vide si lubet doctiss. *Rigaltium* in Gloss. de Verb. Signif. ad Novell. *Cangium* in Lex. lat. barb. & *Constant. Porphyrog.* in Cerem. Aul. Byz. L. II. C. 3. ubi agitur de Ceremoniis quibus Imperator Strategos, Drungarios, Genicosque creabat. Ceterum tam in Cod. Vat. quam in Urb. error irrepsit. Ambo enim legunt *delongarii*.

(1) Scribe *obtemperaturum*.

no imperatori conjugio tradidit. Tum sibi tribusque suis filiis idest Chrystophoro, Stephano, & Constantino imperialem coronam imposuit. sicque in uno palatio quinque simul imperatores manebant. Sed Chrystophorus major Romani filius non diu vivens, imperium cum vita perdidit. His diebus mortuo Petro duce Baduario qui rexerat ducatum annis III. successit Petrus Candianus antedicti Petri ducis filius. Prædicti namque quatuor imperatores inter se animo repugnantes, dum Stephanus & Constantinus fratres suum cognatum Constantinum occidere molirentur, interdicentem Romanum patrem violenter monachum effectum, apud insulas quæ Paonariæ nuncupantur exilio damnaverunt. Hoc denique paterno scelere patrato, iterum qualiter prædictum Constantinum perdere conati sunt intimabo. Antiqua etenim consuetudo in Constantinopolitano palatio fuisse fertur ut quisquis imperator milites illic haberet qui Palatinas excubias forte peragerent, quos eolica lingua [1] (a) Littoras nominat. Cum-

PETRUS CANDIANUS III. DUX. Ann. 942.

(a) Urb. *littorias*.

(1) Fortasse a latina voce *Lictor*, græco more iis seculis in,

Cumque tres ſimul illo tempore Imperium gubernarent unuſquiſque illorum in palatio hujus conditionis proprios milites habebat. Quibus omnibus quidam Eunuchus Gallus nomine præerat. cum quo quadam die duo fratres ideſt Stephanus & Conſtantinus clam tali ordine conſiliati ſunt, videlicet dum ſimul ſolito ad menſam convenirent & duris ſermonibus cognatum Conſtantinum exaſperarent, mox ut (1) conditum inditium magiſter ab illis ſentiret propriis aditum exeundi panderet, qui eumdem Conſtantinum vel extinguerent, vel de palatio turpiter eliminarent. Conſtantini vero militibus ne ſibi favere poſsent aditum interdicerent. Quod prædictus Gallus libenter adimplere promiſit. Sed Dei providentia qui illum, ſcilicet Conſtantinum, imperare diſponerat, hanc malignam conſpirationem noluit ſibi latere. Idem vero Gallus, divina inſpira-

 tio-

inflexa, veluti Καμπιδάκτωρας *Campiductores*, Καντάτορας *Cantatores*, aliæque id genus hybridæ voces quæ etſi latinæ, græcis tamen litteris græcaque inflexione deſcriptæ, a Græcis ſequioris ævi paſſim uſurpabantur. In Codice tamen reponendum *Lictoras* pro Littoras, quos interpretor *Somatophylaces*, Cuſtodes corporis.

(1) Leg. *condictum*.

tione, mox creditum sibi consilium Constantino prodere studuit spoponditque ut illis irruentibus, Constantini militibus quos claudere promiserat aperiret, illorumque milites quibus aperire spoponderat clauderet. Quod factum est. Cumque in crastinum ad mensam convenirent & prædicti fratres injurias cognato imponerent, certus Constantinus fide Galli illatis sibi injuriis constanter vicem reddere cœpit. Tunc illi irruentes inquiunt. Numquidnam, Galle, possumus habere aliquos qui in isto arrogante nostras queant vindicare injurias? At ille. potestis, inquit, & rapido cursu Constantini milites ad sui senioris auxilium promovit. qui venientes statim utrumque fratrem comprehenderunt, ac Constantini jussu clerici facti ad patrem monachum quem ipsi exilia-
Pag. 30. f. v. verant detulerunt. Quos cum pater venientes cerneret, insultans ait. & unde in hac mea exilii solitudine tam devoti & pulchri clerici delati sunt? Sed qui patrem exiliare non timuistis, exilii pœnam simul non sustinebitis ut quem contempsistis habere consortem in honore, non habeatis consolatorem in dolore. Mox vero per nuncios Constantinum suum generum taliter affatus

est.

eft. noli quæso mecum filios in uno exilio esse permittere quia quos unum palatium capere nequivit, neque unum exilium capiat. Tunc Constantinus Imperator alterum illorum, ideft Stephanum ad Insulam quam Proconisum nuncupatur, alterum vero ideft Costantinum ad Sumatrapi Insulam exiliari jussit: qui videlicet Constantinus apud eamdem insulam post parvum tempus a quodam imperatoris milite capite est truncatus.

Imperatoris Græcorum ratio coegit nos a nostræ historiæ ferie aliquid discedere. Nunc necesse est illam ordine repetere. Igitur Petrus Candianus dux, quem prædiximus, sexto sui ducatus anno, triginta & tres naves quas Venetici Gumbarias nominant, contra Narentanos Sclavos misit, quibus Ursus Badoarius & Petrus Rosolus præfuerunt. Qui absque effectu reversi sunt. Iterum namque totidem contra eos mittere studuit. Quæ fœdere firmato ad propria redierunt. Eodem vero tempore mortuo Petro Olivolensi episcopo. qui episcopatum rexit annis ..... Ursus sibi successit. Antedictus quidem Petrus dux tres habuit filios, quorum unum nomine Petrum, populo suggerente, consortem sibi elegit. Qui paterna monita floc-

cipendens, adverſus eum inſurgere temptavit. adeo ut quadam die utrarumque partium milites ad pugnam peragendam in Rivoalti foro convenirent. Sed dum infirmo & vetulo patri major pars populi obtemperaret filiumque perdere vellet, tandem pater miſericordia motus ne illum occiderent, rogare cœpit. Tamen volens populo ſatisfacere extra Patriam illum exire juſſit. Deinde omnes tam epiſcopi quam cunctus Clerus cum omni populo, facta conſpiratione, juraverunt quod nunquam nec in vita, nec poſt obitum Patris eum ducem haberent. Is autem Petrus qui Patria pulſus fuerat, comitante illo Georgio diacono & Gregorio quodam presbitero una cum XII. propriis ſervis ad Widonem Marchionem Berengarii Regis filium pervenit. Qui eum devote ſuſcipiens, patri Berengario Regi præſentavit. A quo ſimiliter cum honore ſuſceptus ut ſecum ad Spoletenſem ſeu Camerini Marchiam debellandam properaret, invitatus eſt. Qui rediens, accepta a Rege licentia de Veneticis vendicandis, Ravennam adiit. Ubi cujuſdam relatione didicit ſeptem Veneticorum naves in portu qui vocatur Primarius fore, quæ negotiis onera-

tæ,

tæ, Fanenſem urbem proficiſci diſpoſuerant. Tum ſex Ravennatum navibus adeptis, contra eaſdem hoſtiliter irruens eas abſque obſtaculo comprehendit. Sicque Ravennam reverſus eſt. Interea mortuus eſt Petrus Dux pater ipſius qui decem & ſeptem annis rexerat ducatum. Poſt filii quidem ejectionem non pluſquam duobus menſibus & xiv. diebus vixiſſe fertur. Anno igitur Incarnationis domini noſtri Jeſu Chriſti nonigenteſimo quinquageſimo nono, omnis Veneticorum multitudo una cum Epiſcopis & Abbatibus (1) convenire, & ſacramenta oblivioni tradentes cum trecentis pæne navibus præparatis, Ravennam ut ſupradictum Petrum in ducatus honorem reſtituerent, properarunt. Quem ſuſcipientes, cum tali apparatu ad palatium duxerunt. ſacramentorumque fide Principem iterum recrearunt. Qui non poſt multum tempus nacta occaſione, maritale thorum Johanniciæ uxori ſuæ interdicens, in ſancti Zachariæ cœnobio monachicam veſtem eam recipere coegit. Filium ſiquidem, quem ex ea habuit, Vitalem nomine, Clericum de-

Ann. 959.

Petrus Candianus IV. dux.

 vo-

(1) Leg. *convenerunt*, vel cum Vat. & Urb. *convenere*.

vovens Gradensem Patriarcham postmodum fieri promovit. Deinde Ugonis Marchionis sororem (1) Huvalderadam nomine in conjugio excepit. a qua servorum ancillarumque copiis prædiisque maximis, dotalicio jure acceptis exteros milites de italico Regno, cum quibus defendere & possidere prædicta prædia posset, acquirere studuit. Nempe tantæ audaciæ fuisse fertur quod & subditos virtutis rigore plus solito premeret, extraneosque sibi obsistentes ulciscendo devinceret. Ferrariensis quippe Castelli populum potentissime debellavit. Opiterginum quidem castrum igne concrematum devastari jussit. Nonnullaque alia se objurgantibus aspera intulit. Verum quia omnia gesta ab illo explicare minime possum, ejus exitum

---

(1) Ugo Rex Italiæ & Provinciæ Dux.
Ubertus Marchio Thusciæ ann. 970.
Ugo *Waldrada*
Petro Candiano Venet. Duci.

Vide *Guichenonium* in Hist. Genealog. Famil. Reg. Sabaud. p. 164. Et *Grandium* in Vita D. Petri Ursеoli, ubi plura de Waldrada, seu Gualdrada Uberti Marchionis filia.

tum exarando demonstrare curemus . Octavo decimo quidem sui honoris anno , una cum filio parvulo quem de prædicta Huvalderada habuit, tali ordine interfectus est . Dum illo longo tempore Venetici ob austeritatem sui exosum haberent , facultatemque perdendi sedulo machinarent, quadam die facta conspiratione, in illum insurgere adorsi sunt . Palatium tamen, quod a bellicosis , licet paucis , militibus illum stipatum noverant nulla ratione ausi sunt penetrare . Tandem neque consilium invenientes propinquas domos, quæ e contra Palatium citra rivolum consistebant igne, mixto picino fomento accendere studuerunt . quatenus flammarum flexibilia culmina vicinum palatium attingere & concremare possent . Unde factum est quod non modo palatium, verum etiam sancti Marci, sanctique Theodori nec non sanctæ Mariæ de Jubinico ecclesiæ & plus quam trecentæ mansiones eo die urerentur. Is autem dux cum ignis calorem fumique suffocationem diu inter palatium ferre nequiret, per januas atrii sancti Marci evadere cum paucis conatus est . ubi nonnullos Veneticorum Majores una cum generis affinitate suum expectantes periculum repe- Pag. 21. f. v.

rit, quos ut cernit taliter allocutus est. & vos fratres ad exitii mei cumulum venire voluistis? Si aliquid in verbis vel in rebus publicis deliqui, meæ inspirate (a) vitæ spatium rogo & omnia ad vestrum velle satisfacere promitto. Tunc ipsi sceleratissimum & morte dignum eum affirmantes, diris vocibus clamaverunt quod nulla evadendi in illo possibilitas foret. Et instanter mucronum ictibus undique illum crudeliter vulnerantes, ducis anima corporeo relicto ergastulo, superum petiit solia. filium siquidem quem nutrix ab incendii pæna liberavit, a quodam nequissimo cuspide transverberatus est, pariterque milites qui illi favere nitebantur, occisi sunt. Gelida namque corpora quorum, idem genitoris & sobolis, ob ignominiam primitus exigua navi ad macelli forum deinde quodam sanctissimo viro Johanne Gradonico nomine interpellante, ad Sancti Hyllarii monasterium detulerunt.

(a) Codd. ambo *inspirata*.

Ann. 968. D. PETRUS URSEOLUS DUX.

Patrato vero hoc nequissimo scelere in Sancti Petri ecclesiam convenerunt ibique communi voto quendam virum Petrum videlicet (a) Ursolum cognomine præclarum generositate & moribus in ducatus honore

(a) Codd. *ursoylum*.

rem sublimare decreverunt. qui puerili ætate nil aliud quam Deo placere studens, ad tantæ dignitatis provectum scandere contempnebat, timens ne secularis honoris ambitione propositum amitteret sanctitatis. Tandem importune populo interpellante non humano favore, sed totius reipublicæ commodo hujusmodi principatus apicem accipere non recusavit. Deinde sacramentorum fide ab omnibus confirmatus in propria domo degere voluit. ut interim sancti Marci ecclesiam & palatium recreare posset. Erat siquidem sibi conjunx Felicia nomine, & merito, unius nati tantummodo mater, qui patris æquivocus nomine non dissimilis extitit (1) (*sic*) nomine. Fertur cognovisse maritale thorum sed viro sibi obtemperante, inviolatum vicissim Domino conservare deinceps (*a*) devovisse. Cœperat namque idem dux Veneticorum causas bene & utiliter tractare, censuramque legis in omnibus studiosissime observare, & omnium virtutum gratia pollere. Combustum vero pala-

(a) Codd. *devovere*.

---

(1) Leg. *opere* cum Urbinat. & Vatican. qui mox addunt. *Post cujus vero conceptionem quam angelico indicio diva mater fertur cognovisse &c.*

palatium & sancti Marci Ecclesiam honorifice propriis sumptibus redintegrare studuit.
Pag. 12. Interea Vitalis Gradensis patriarcha prædicti Petri interfecti filius quorumdam Veneticorum consilio Saxoniam ad secundum Ottonem Imperatorem properavit. Quem Imperator devote suscipiens, dixit. Cur ad me, pater, posita tanti itineris intercapedine meam præsentiam adire voluisti? At ille proprii, inquit, parentis exitio coactus ad tuam clementiam veni, quatenus mei infortunii meæque inopiæ consolator, & fautor efficiaris. Tunc Cæsar experta ordine hujus sceleris ratione, patriarcham secum manere aliquandiu rogavit, suasque querelas pie veniabiliterque condoluit. Eodem quoque tempore dompnus (*sic*) Huvarinus venerabilis Abbas sancti Michaelis monasterii quod in Æquitaniæ partibus in loco qui vocatur Cusanum, situm manere decernitur, Romam ad Apostolorum limina properavit. In redeundo quidem Dei fultus timore, beatique Marci Venetiam intravit. Ibique aliquantis diebus orationis studio & dompni Petri ducis precibus (*a*) contritus commoratus est. Quem cum dompnus dux digna veneratione coleret & sedulo divina col-

(a) Urb. *constrictus*.

colloquia agerent, expertus est Abbas Ducem prorsus terrena parvipendere habitamque dignitatem non ambitionis studio sed subditorum solatio obtinere, injunxit tamen sibi dicens. Si vis perfectus esse relinque mundum hujusque dignitatis apicem & in monasterio Deo servire festina. Cui dux egregie inquit, Pater, & meæ animæ lucrator, summa aviditate tuis monitis obtemperare gestio. Sed aliquanti temporis spatium rogo, interim ut meam facultatem disponere queam. Postea vero in monasterio tuique regiminis vinculo submissus, Deo militare cupio. His quidem determinatis certam diem decreverunt qua Abbas Venetiam ad eumdem recipiendum reciprocaret. Tunc accepta licentia ad suum monasterium repedavit. Antedictus vero dux cæptam Patriæ salutem solerti studio procurare non desiit. licet aliquanti quorum consilio, ut diximus, Patriarcha Imperatorem adiit, suæ (1) dictioni perversi repugnatores efficerentur adeo ut suam vitam crudeli funere perdere molirentur. Tamen tantæ bonitatis & divinæ

(1) Leg. *ditioni*.

vinæ virtutis gratia vigebat ut quicquid ipsi de se clanculo iniqua machinatione determinarent, nemine indagante, cognosceret, nullique resistenti aliquod nephas recompensare voluit. sed æquo animo Dei timore omnia tolerando substinebat. Inter hæc statuta die prælibatus Abbas ad Venetiam reversus est. ea occasione quo Hierosolymam ire vellet. Quem Petrus dux libenter suscepit, & prima nocte diei (*a*) Kal. Septembris ipse una cum Johanne Gradonico nec non Johanne (*b*) Mauroceni suo videlicet genero, nesciente uxore & filio, omnibusque fidelibus occulte de Venetia (*c*) exirent. Qui non procul a sancti Hyllarii monasterio equos ascendentes, jam detonsis barbis velocissimo cursu viam carpere cæperunt. In tantum ut tertia die (1) Mediolanensem rura transeuntes, Vercellensem urbem conspicerent. Sequenti vero die Veneticorum populi perditum pastorem conquæsti sunt quem minime reperientes maximo tabescebant dolore. Fuit nempe pauperum nutritor, ecclesiarum recreator, Clericorum, & monachorum fautor, omnibusque

(a) Urb. *Kalendarum Septembriarum.* P. 22. f. v.

(b) Id. Cod. *Mauroceni.*

(c) Codd. ambo *exierunt.*

(1) Leg. *Mediolanensium.*

que benivolus. De suis quidem facultatibus mille librarum numerum ad Veneticorum solatia, in palatio largivit, alias mille in pauperum alimonias contulit, in sancti Marci altare tabulam miro opere ex argento & auro Constantinopolin (*sic*) peragere jussit. Secum etiam maximam thesauri copiam ad prædicti monasterii restaurationem deportavit. Rexit itaque ducatum annis duobus, & mensibus uno. Nam non plus ætatis quam quinquaginta annorum fuerat, quando sæcularem deposuit gloriam.

Post cujus discessum Vitalis cognomento Candianus Vir totius prudentiæ & bonitatis in ducatus honorem subrogatus est. Quod audiens Vitalis patriarcha qui apud Veronensem Marchiam morabatur, in Venetiam intravit. qui a Duce interpellatus cum suis nunciis ad pacem inter imperatorem & Veneticos consolidandam, theutonicam petiit regionem, quoniam ducis Petri interfectione admodum illos execrabiles, exososque habebat, firmato autem fœdere ad propria reversus est. Prædictus namque dux corporali molestia ingruente, quatuor diebus antequam vitam præsentem terminaret monachum fieri & ad Sancti Hyllarii mona- Pag. 977 VITALIS CANDIANUS DUX.

ste-

fterium fe deferri promovit. Præfuit autem Veneticorum ducatui anno uno, menfibufque duobus tumulatufque eft in eodem monafterio.

Ann. 979. TRIBUNUS MEMUS DUX. Quem Tribunus cognomento Memus dignitate fucceffit, qui licet (1) fe fæculari folertia careret, maximis tamen fortunæ copiis exuberabat. Temporibus cujus aurea Venetia nonnullis ignominiarum periculis dehoneftata eft. Contigit autem ut Veneticorum Majores primitus contra ducem infidias demolirentur, deinde inter fefe invicem diffidentes vicifflm odiorum nequitiis inficiebantur. Interea autem inter Maurecenos & Coloprinos Venetiæ proceres maximum jurgium exortum eft. Adeo ut Stephanus Coloprinus cum filiorum & parentum affinitate prædicti Ducis confenfu & virtute, quadam die in Maurocenos abolen-
Pag. 23. dos infurgerent. Sed Dei virtute hujus periculi flagitium providi omnes evadendi facultatem confecuti funt. Unus tamen illorum ideft Dominicus Mauroceni in fancti Petri Olivolenfis foro detentus & diutiffime laceratus eft. Cujus corpus turpiter de-

nu-

(1) Te' *fe* redundat. Dele. Cod. Urb. *licet fæculari*.

nudatum semivivum ad sancti Zachariæ monasterium parva lintre delatum est. Cumque in ecclesia positum a circumstantibus parentibus deploraretur infra duarum horarum spatia vitalem deposuit (a) alitum. Cujus mors suis maximum dolorem induxit. Adeo ut ad hoc scelus ulciscendum opportunum expectarent tempus. Circa hæc (b) quidem tempora secundus Otho Imperator ad italiam veniens, Veneticorum fœdus ob Petri Candiani ducis funus disrumpere conatus est. Ad quem Tribunus prædictus dux suos internuncios mittens eum placare suis muneribus studuit. (1) Pacti etiam (c) descriptionem tunc Veronæ duci suoque populo renovatam perpetualiter ad habendum indulsit. Dehinc Ravennam pertransiens Romam adire festinavit, ubi didicit Sarracenorum formidolosam gentem calabritana invasisse loca, jamque in Appulienses partes vellent tendere gressum. quam aggredi hostiliter conatus est. Verum dum proxima

G loca,

(a) Urb. *habitum*.

(b) Codex uterque *siquidem*.

(c) Urb. *scriptionem*. Ann. 983.

(1) Integrum diploma pactorum tunc temporis initorum inter Othonem & Ducem, Venetosque exhibet Cl. Muratorius in Appendic. *plenæ exposition. pro dominio Comacli*. pag. 358.

loca, quibus Sarracenorum multitudo manebat incautus peeret, tetra cohors repente christianorum exercitum ad certamen lacessere temptavit. Imperator quidem ignarus quod montium per anfractus omnes Sarracenorum majores latitarent, illos quos cernere valebat facili certamine debellare autumans pugnam audacter inchoavit, eosque audacissime Christo favente devicit. Cumque christianorum militia cum triumphali gloria temptoria applicare propria vellent, paganorum multitudo e montibus exiliens super eosque inopinate irruens, illos cædere acriter cœpit in tantum ut illi quibus fugiendi aditum negabatur, crudeliter vulnerati caderent. Imperator siquidem licet ingenti difficultate per medias barbarorum acies vix ad littus usque pervenit. Inimicorumque importunitate territus fluctivagum mare intravit. Ubi duæ Græcorum naves, quæ lingua illorum zalandriæ nuncupantur, non procul a terra anchoris hærebant. A quibus ille cum duobus suis vernaculis susceptus minime agnitus est. Fertur namque quod per triduum illum vinctum custodirent & quamquam ipse imperatorem se fore omnino negaret, tamen Græci ingenio peritissimi,

mi, nescio quibus indiciis eum agnoscere potuerunt. Agnito vero Constantinopolin illum ferre decreverant, quod ipse expertus ait . & hoc ego toto mentis affectu opto quum potius ad sanctorum augustorum vestigia exul degere gestio quam omnibus bonis privatus mei infortunii ignominiam hic sustinere. Tantum promittite quatenus meam conjugem meæque fortunæ reliquias me, priusquam recedatis, accipere liceat. Tunc duodecim scrinea (*sic*) plena thesauri copia ad littoris marginem delata sunt. Græci hoc cernentes, omni titubatione remota, eumdem secum velle firmiter ire credebant. Et dum hæc agerentur, Cessone Methense episcopo cum nonnullis aliis, (1) (*a*) littoris marginem illæsus petiit, & sic a duobus periculis liberatus Romam cum uxore advenit. Deinde Papiam ceterasque italiæ civitates peragrans, Veronam adiit. Quem prædictus Stephanus Coloprinus una cum duobus filiis & quibusdam parentibus expertus, quod Maurocenorum temeritas, ducis videlicet consultu, parentis mortem vellent ulcisci, clam de Venetia exiens festinanter adi-

P. 23. f. v.

(a) Urb. *littori adstantibus ipse, arrepto gladio, in mare prosilivit & viriliter natando desideratum littoris marginem et.*

G 2

(1) Supple *comitantibus*, vel quid simile.

(a) Id. Cod. *Vale dicens*.

adire procuravit. Cui imperator (*a*) maledicens, cur propria amittere voluiſſet requiſivit (1) cum infortuniis viæ ventum ſerie exponeret, Cæſari perſuaſit, quod ſi vellet conſiliis monitiſque ſuis acquieſcere, Venetiam diu deſideratam facili certamine poſſet acquirere. Et inſuper quo imperatoris animus ad hoc nequiſſimum perficiendum ſcelus potius exardeſceret, centum libras puriſſimi auri ſe illi daturum ſpopondit ſi devicta patria, ſibi ducatus dignitatem concederet. Quod audiens imperator univerſis ſuo ſceptrui [*ſic*] adjacentibus edictum & inevitabile intulit præceptum ut nemo aliqua præſumptione fultus, deinceps quemlibet Veneticum in aliquam ſui imperii partem (2) permitterent, neque aliquis ſuorum in Venetiam auderet intrare. Tunc unicuique Veneticorum ſecum degenti firmiter præcepit ut cum ſuis videlicet nunciis loca, quibus

ali-

---

(1) Locus corruptiſſimus. Forte legebatur *Sed cum infortuniis viæ*, *&* *eventuum*. Ita mihi ſaltem reſarciendus videbatur, nullam opem afferentibus Mſs.

(2) Deeſt aliquid. Num *commorari?* ſeu mavis *venire?* Codd. ambo *exire*. Hercle, nimis barbare.

alimonia confluere ad Veneticorum ſolatia noverant, ſolerti ſtudio cuſtodirent. Unde factum eſt quod Stephanus Coloprinus cum filio ſuo Dominico Patavii [a] commoraret. Urſus Badovarius atheſim fluvium provideret. Dominicus quidem ſilvo cum Petro tribuno miſtrinis partibus inſiſterent. Johannes quidem Bennatus ſeu nugigerulus inter omnes diſcurrere ſedulo feſtinaret. Et Marinus coloprinus miſtrienſi comitatu hujuſcemodi officium perageret. Ravennam quoque Stephano juniori prælibati Stephani filio ad cuſtodiendum injungerent. Antedictus nempe Tribunus dux impugnantium infidelium nequiciam inultam diu non ferrens domos illorum devaſtari permiſit. Uxoreſque ne aufugere poſſent cuſtodire præcepit. Imperator autem in tanta ſeveritate & duricia ad Veneticorum deſtructionem perſeverabat, qui nec precibus nec quibuslibet muneribus eum placare valerent. Sed omnibus ſuum iterum præceptum impoſuit ut nulli in aliqua ſui imperii parte pervento Venetico parcere auderent. His quidem definitis Romam viſere diſpoſuit in qua non diu incolumis manens valida ingruente febre, mortuus eſt, ſepultuſque in ſancti Petri curte

(a) Codex uterque *commoraretur*.

Pag. 24.

te non procul a sanctæ Mariæ ecclesia. Unde non dubium est ut quidam spiritualis monachus, angelo sibi indicante, cognovit quod ob Veneticorum afflictionem inopinatam incurrisset mortem. Venetia namque per biennium talia perpessa, infortunio divinitate propitia liberata est. Prælibatus quidem Stephanus Coloprinus una cum filiis, & ceteris aliis Papiensem urbem adire satagerunt. flexisque poplitibus (1) ad heleidam augustam quæ inibi morabatur exorare incessanter cœperunt ut illæsi suo conservarentur in regno, quum omnibus pænæ italiæ principibus morte digni ob propriæ patriæ delationem dijudicati (2) sunt. Tunc repente apud Ticinum, mortuo Stephano Coloprino, Augusta precibus Ugonis videlicet Marchionis constricta, filios cum quibusdam aliis suis præeuntibus nunciis, ad Tribunum ducem destinavit. Quatenus quicquid sibi vel quibuslibet aliis perverse deliquissent suo amore (3) Venetiam consequi mererentur.

(1) Conjunge & lege *Adheleidam*. Hoc enim nomen Augustæ quod norunt omnes.

(2) Leg. *essent*.

(3) Dormitat Homerus. Repone *veniam*.

tur. Tribunus vero dux quamquam invitus tamen imperatricis [1] juſſu & prece, gratiam ſimul, & patriam illis conceſſit, & inſuper ne ab aliquibus inimicorum temere occiderentur, quatuor juratoribus ſacramentorum fide muniti, ſecuri in patria perſiſterunt. Mauroceni ſane taciti hoc totum conſiderantes firmiter parentis mortem vindicare (a) decreverunt. Quapropter dum quadam dies tres fratres Stephani Coloprini nati de palatio ſolito vellent domum parva rate redire a quatuor Maurocenis interempti rivoli la-

(a) Urb. *decreverant*.

G 4

(1) Ne Venetæ Libertatis primævæ calumniatores, ſi qui adhuc ſunt, ex hiſce verbis cauſſandi anſam arripiant, brevi manu adnotandum duximus nullum ex ſe unquam uxoribus Cæſarum, regumque Italiæ legitimum jus fuiſſe in administrando imperio, regnove, rebuſque domi foriſque agendis, quod luculenter demonſtrant Hiſtorici omnes illorum temporum, apud quos nullum ſane invenias penes eas publicæ auctoritatis veſtigium. Tò *juſſu* itaque pro *hortatione*, vel quid ſimile accipi debet, quod aperte probant quæ ſequuntur, ſc. *prece*, & *conceſſit*. Quippe ſi Imperatrix jubere poterat cur deprecabatur? Et ſi dux parere cogebatur cur *gratiam concedebat*? Egregie ceterum aſſecutus eſt hujus loci ſenſum *Cl. Muratorius* in Annalib. Ital. ann. 988. ubi legas *L'Imperadrice Adelaide interpoſe la ſua autorevol protezione preſſo il ſuddetto Doge acciocchè poteſſero* (i Coloprini) *con ſicurezza ritornare a Venezia*.

latices proprio cruore infecerunt. Quorum corpora a quodam suo homine de limpha sublata, orbatæ genetrici atque conjugibus delata sunt. Quorum duo laici fuerunt. Tertius autem, ideſt Johannes, clericatus officii ſortem geſſit. Licet dux ab hujuſcemodi nephas ſe immunem redderet nonnulli tamen ejuſdem ſceleris eum noxium affirmabant. Anno vero XIII. ſui ducatus idem dux Mauricium ſuum filium Conſtantinopolin mittens ipſa eademque infirmitate detentus, ſex diebus non ſua ſponte ſed populo cogente antequam ultimus ſibi obſcureſceret, monachus in ſancti Zachariæ cœnobio effectus eſt. Præfuit autem Veneticis annis XIII. & menſibus quinque. Sepultuſque eſt in eodem monaſterio.

Ann. 991. PETRUS URSEOLUS II. DUX. Pag. 24. ſ. v.

Anno vero Dominicæ incarnationis nongenteſimo nonageſimo primo Petrum antedicti domini Petri Urſioli ducis ſobolem trigeſimo ſuæ ætatis anno Veneticorum populi ad paternam dignitatem promoverunt. Qui probitate & actu haud degenerans a divo parente utriuſque tamen hominis peritia omnes pæne antiquos excellebat duces. Iſte nempe patriæ commoda non modo in priſcum conſolidando reduxit ſtatum, verum in

in tantum rempublicam auxit, ut ſuis temporibus Venetia præ omnibus finitimarum provinciis decore & opulentia ſublimata diceretur. In ſui quidem honoris exordio Conſtantinopolitanos imperatores, omneſque Sarracenorum principes ſuis legationibus placatos, ac devotos amicos firma ſtabilitate acquiſivit. Nuncios etiam Saxoniam ad tertium Othonem regem præclaræ indolis puerum deſtinavit, cum quo tanti amoris & amicitiæ vinculo ſeſe cohar&avit quatenus remota dilectione, deinceps quicquid ſibi poſſibile competebat ad votum conſequeretur. idem namque dux a Croatorum ſclavorum oppreſſione ſuos potenter liberavit. quibus etiam (1) ſolitum cenſum primus dare interdixit. Cum italicis vero principibus amicitiæ fœdere copulatus ſemper manſiſſe probatur. Tamen ſi quis horum aliqua ſtipatus temeritate ſuis quoddam oneroſum plus pacti decreto imponere voluiſſet, viriliter obſiſten-

(1) Quiſnam eſſet hic cenſus & quonam pacto a *Venetis mercatoribus* ſolveretur, aperte docet Andr. Dandulus in Chron. Lib. IX. part. III. p. 225. *Iſte dux cenſum ſolitum dari Sclavis pyraticam exercentibus, a Venetis navigantibus per mare Adriaticum, per edictum prohibuit.*

sistendo sui compos in omnibus manebat. Quid dicam? proprios æquo moderamine, æquitatisque trutina esse satagebat. Extraneis vero suæ resistentibus [a] dictioni vicissitudine recompensabat. Quibus tamen fortunis Venetia suis diebus claruit seriem prodere conabor. Eo namque tempore Gradensis civitas, quæ totius novæ Venetiæ Metropolis fore dignoscitur vetustate ex maxima parte consumpta videbatur, quam prædictus Princeps ab ipso fundamine ad propugnaculorum usque summitatem munitissime renovavit, domumque propriam in ea juxta occidentalem turrim ædificare fecit. parietes etiam, seu ecclesiarum laquearia recreare libentissime studuit. Apud civitatem quidem novam, quæ vocatur Heracliana præclaræ imaginis domum una cum capella ipso eodemque tempore componere fecit.

(a) Vat. ditioni.

Interea Johannes Bellunensis (b) episcopus Veneticorum ducatus prædia in finibus civitatis Novæ, Tribuni ducis tempore usurpata, per vim hactenus retinebat, quem nec regalis jussio, nec quodlibet promissum ab ipso infortunium terrere potuit quo injuste retenta redderet, pacemque cum dompno Petro duce haberet. Quod dux quamquam mo-

(b) Urb. belonensis.

molefte, tamen pacifice, (1) interim Henrici ducis præfentiam Veronenfis fufciperet Marchia, hoc tollerare difpofuit. Pervento vero duce, fuis internunciis eumdem petere procuravit. Qui amicitiæ fœdere fimulato de Johanne Epifcopo, feu ceteris fibi adverfantibus legem facere ad fuum velle fpopondit. Tamen quod ore promifit, citius faciendi voluntatem dicto permutavit. Petrus Pag. 25.
itaque dux tante deceptionis providus fuum legatum Othoni famofiffimo regi ad Aquifgrani palatium fine aliqua mora tranfmifit, qui hujufmodi caufas ordine fibi panderet. Hoc denique expertus rex prænominati ducis Henrici actum omnino redarguens, omnia obmiffa prædia Petro duci præceptali inftitutione ad habendum conceffit. cui etiam Brunonem nobilem fuum militem mifit qui hoc negotium legis cenfura, regiaque auctoritate inter fe & epifcopum definiret. Quem epifcopus adeo floccipendens ut illum nec colloquio adire nec videre voluiffet. Cumque dompnus Petrus dux talia cerneret, accepto a regio nuncio & a fuis falubre confilium inevitabile decretum fupra fuos

(1) Pro *donec*.

ſuos impoſuit', quod nemo illorum aliqua præſumptione fultus prædictam ſeviſtrienſem (1) auſus foret marchiam adire. neque aliquod venale viciſſim vendere vel comparare. His quidem pactis, regalis nuncius ad propria reverſus eſt. Cœptum vero jurgium a duce diutiſſime perduravit, in tantum videlicet ut non ſolum illius marchiæ peculia ſalis egeſtate conſumerentur. verum etiam homines ſubſidiis Veneticorum carentes miſerabili calamitate perpeſſi ſedule ad ducem pacem quam conſequi non valebant humiliter efflagitarent.

Dux itaque audiens Othonem regem ad italiam venturum pacem cum prædictæ marchiæ populo facere diferebat. Tunc ſuos nuncios denuo (*a*) theutonicam mittere diſpoſuit, qui inter Alpium anfractus regem jam ad auſoniam venientem repperierunt. a quo honorifice ſuſcepti quicquid nephas ſuis dux inimicis intulerat libenter audivit. Inſuper promiſit (2) nunquam quolibet mo-do

(a) Sic Codd. omnes. Mallém tamen *Teutoniam*.

(1) Leg. *Veronenſem*. Mſs. omnes legunt *Seviſtrienſem*, ſed ut puto, perperam.

(2) Excidit *quod*, ni cum Urbinate mavis *coſtringere ad pacem*.

do illum coſtringeret ad pacem faciendam interim ipſe vellet. Deinde antequam italiæ planitiem peteret, eumdem ducem dulci prece rogando demandavit ut ſuum natum adhuc Chriſtianæ fidei confirmatione carentem Veronam ſine aliqua mitteret mora. quod dux ſuorum fidelium conſilio facere adquievit. Puero quidem Veronam pervento officioſe a rege ſuſceptus eſt, quem Chriſmatis unctione propriis amplexibus coarctatum fecit munire, & amiſſo paterno nomine Otho ideſt ſuus æquivocus nuncupatus eſt. Johannes quidem præmemoratus epiſcopus, ſeu Rozo Tarviſianæ ſedis antiſtes cum quibuslibet aliis ad pacem interpellandam ibi convenerunt. Quibus rex hanc acquirere (1) interdicens donec dompni Petri ducis polliciti forent ſatis faciendo gratiam recuperare. Inſuper Johannem epiſcopum ducis terram, quam injuſte poſſidebat, reddere cum lege coegit. Hac tempeſtate inter Veronenſium cives & theotonicorum exercitum exortum fuerat jurgium, ſed theotonici a civibus interempti per civitatis plateas nonnulli occubuerunt. Inter quos nobiliſſimus unus cecidit

(1) Leg. *interdixit*.

dit adolescens Carolus nomine, qui maximum de suo funere dolorem regi suisque compatriotis reliquerat. Quod rex graviter ulcisci in civibus decreverat. Tamen ejusdem civitatis (a) Oddoberti episcopi interventu evaserunt. Otho vero prædicti dompni Petri ducis filius diversis muneribus a rege feneratus, ad Venetiam repedavit. Tunc dompnus dux pacem diutius imploratam inimicis indulsit. Quamvis Johannis episcopi severitas in amisso prædio perduraret. Eo quoque tempore apud rivoaltum mortuo Marino Olivolensi episcopo qui episcopatui præfuit annis .... successit sibi Dominicus cognomine Gradonicus. Otho denique rex Brixiam ceterasque italiæ urbes peragrans, Papiam advenit. Hic italici Principes fidem supra evangeliorum sacraria facientes regem ipsum collaudaverunt. ibique Johannem Apostolicæ sedis antistitem defunctum audiens, Brunonem suum videlicet nepotem, Othonis ducis filium ad hunc dignitatis apicem fastigiare disposuit, quod postea complevit. Deinde per (1) Aridani fluenta navigio Ravennam adivit. Ubi aliquandiu commoratus Re-

(a) Urb. *Obberti*.

(1) L. *Eripdani*. Urbinas habet *arripdani*.

Redulphi ariminensis comitis, nec non Herimundi, atque sui fratres (a) Raimundi pro ecclesiarum, seu pauperum prædiis quæ usurpata possidebant, oculos ejicere jussit. His definitis romulidarum appetens urbem in qua a prædicto Brunone Apostolico qui postmodum Gregorius dictus est, romanorum multitudine interpellante, unctus & consecratus est imperator. Hinc non procul a Romana urbe discedens ut remissius illius climatis æstum tollerare quivisset inter Camerinæ marchiæ alpes aliquandiu commoratus est. Postmodum per Tusciæ viam Papiensem repetens urbem, omnibus sibi obtemperantibus imposuit edictum, quo ubicumque in suo imperio perventi Venetici forent, illæsi & sine aliquo imposito gravamine degere debuissent. Et tunc per cumanum lacum iter arripuit ultramontanum. Circa hæc namque tempora Croatorum judex propter interdictum sibi censum a duce in Veneticos læsionis molestiam exercere conatus est. Unde dompnus dux sex naves præparatas illuc mittens, quibus Badovarius cognomento Bragadinus præfuit. Qui unam illorum civitatem quæ Issa nominabatur comprehendens utriusque sexus captivos ad Venetiam

(a) Vat. *fratris*,

tiam deportavit. Et ex hoc majoris odii cumulum inter Veneticos, & Sclavos pullulavit. Cæperuntque iterum censum importune ducis exiere (*sic*) quibus dux pro illorum ignominia demandans. non per quemlibet nunciorum hunc mittere curo. Sed vita comite, ad hanc persolvendam dationem venire ipse non denegabo. Eo namque tempore Johannes Græcus placentinæ ecclesiæ Præsul
Pag. 26. Constantinopoli cum Græcorum imperatoris legato reversus, Romam adivit. Qui dum apostolicam sedem, abiecto a Johannis Crescentii temeritate Pastore, vacuam reperiret, invadere contra imperiale decretum minime formidavit. Gregorius vero illius ecclesiæ sponsus per italiæ urbes mærens imperatoris expectando adventum versabatur. Per hæc quidem tempora antedictus dux Johannem suum filium Constantinopolin destinavit, quem imperator non solum diversis muneravit donis, verum etiam egregiis honoribus sublimavit.

Imperator siquidem hoc nequissimum scelus a Johanne Græco patratum cum audiret, italiam festinus reciprocare non pigritavit. Qui ex Ticinensi urbe Ravennam descendere navigio disponens, Petrus suo dilecto compatri

patri Veneticorum duci rogando demandavit quatenus Othonem suum filium ultra ferrariense castrum sibi obvium mittere non recusaret. Quod dux libenter agere volens filium cum decoratis navibus misit. Inter quas una quantitate & pulchritudine excellebat navis. Quam imperator una cum puero ascendens Ravennam usque pervenit. Ubi non diu manens ducis puerum donorum copiisque ditatum ad Venetiam redire (a) permisit. Ipse vero Romam ut inimicorum arrogantiam abolere posset petere curavit. Qui audientes eum Romam venturum alter illorum idest Johannes Crescentius in sancti Angeli Castello se cum suis retrusit. Alter quidem idest Johannes Græcus procul a Roma inexpugnabilem turrim intravit in qua non diu, vento imperatore, illum manere licuit. Sed ab ejus militibus captus projectis oculis auribusque præcisis, nares etiam & linguam amisit, & capitis deturpatus decoritate Romam in quodam monasterio delatus est. Et quoniam ad tanti facinoris ultionem hoc non suffecerat, postmodum a sacro Concilio depositionis sententiam sustinens sacerdotale officium perdidit & a Romanis impositus deformis aselli tergo, versa facie

(a) Urb. *dimisit.*

ad caudam ſub præconis voce per Romanas regiones ducebatur . Dehinc munitiſſimum ſancti Angeli caſtellum omnes Romani cives una cum Theotonicorum exercitu expugnare cœperunt . Quod cum magna difficultate comprehendentes, Johannem Creſcentium veniam miſerabili voce clamantem in ſummitate ut ab omnibus videretur decollaverunt. Et projecto telluri alii quibus evadendi facultas defuit ſimili pæna in monte Gaudio imperiali decreto ſuſpenſi ſunt. His

P. 26. f. v. peractis trium annorum ſpatio imperator regno præfuit italico, in quibus multa peragens regnum viſitavit theotonicum.

Illis namque temporibus in Dalmatianorum confiniis non plus quam (1) lateranenſes (*a*) cives Veneticorum ducis ditioni obtemperabant, quos Croatorum ac Narentanorum Principes crebro affligere ſolebant, in tantum ut Narentani horum quadraginta comprehendentes, ſecum victos deportaverunt. unde Dalmatianorum populi omnes pæne ſimul convenientes Petro Veneticorum duci

(a) Cod. Vat. & Urb. *Jateranenſes*

(1) Riſum movet bardus deſcriptor . Lege *Jatrenſes* ut infra *ex* Jatrenſi *civitate*, nempe *Jadera*. Forte etiam *Jateranſes* ſcripſerat Cronographus noſter a *Jatera*, vel *Jatra*.

duci suis internunciis hoc demandaverunt quod si ipse venire, aut exercitum mittere vellet qui eos a Sclavorum severitate liberaret, ipsi & illorum civitates perpetua stabilitate suæ suorumque successorum potestati subditi manerent. Hoc audiens Petrus dux nulla interposita dilatione, suorum consilio munitus navalem expeditionem præparare præcepit. Septimoque sui ducatus anno Ascensionis Domini festo cum suis in sancti Petri Olivolensis ecclesia ad missarum ministeria percipienda convenire voluit. Cui Dominicus ejusdem loci episcopus triumphale vexillum contulit, & una classem conscendentes illo die Equilensem portum intraverunt. Dehinc velis libratis occiduoque vento flante, Gradensem applicuerunt urbem. Quos dompnus Vitalis Patriarcha, præeunte plebe, cum clericorum apparatu excipiens, digna suo Principi obsequia exhibuit. cujus quoque dexteram victrici sancti Hermachoræ signo condecoravit. Inde pelagi sulcando undas Histriensem ad provinciam transientes civitatis Parentinæ juxta insulam velis depositis pernoctare disposuerunt. Quibus venerabilis Andreas episcopus occurrens famulamina Petro duci multa impertitus est. Quem humi-

liter rogitans ut ſancti Mauri Oraculum adire non recuſaret. Cujus petitioni acquieſcens multo milite ſtipatus urbem intravit, & expletis in ſancti Mauri eccleſia miniſteriis ſacris, arrepto itinere, remigantibus nautis apud monaſterii ſancti Andreæ inſulam quæ juxta Polenſem civitatem manet, grata hoſpitia habere voluerunt. Illuc Bertaldus Polenſis eximius Antiſtes cum clericorum & civium multitudine feſtinus advenit, & utroque honore eumdem ducem glorificavit. Deinde vaſtum velificando æquor Abſarenſem ad urbem delati ſunt. Ubi non modo cives verum omnes de finitimis tam Romanorum quam Sclavorum caſtellis convenientes, tanti hoſpitis adventum ſe præveniſſe gaudebant. Et Sacramentis ab omnibus pactis, ſub illius Principis poteſtate manere decreverunt. Hoc peracto ſanctum diem Pentecoſtem ſolepmniter celebrantes prædicto Principi laudis modulamina decanta-
Pag 27. verunt. Tunc omnibus quibus ætatis plenitudo aderat ſecum venire juſſit, & acceptis ſtipendiis diſpoſitum transfretare iter cœperunt. Altera vero die Jatarenſem antequam appropinquaret urbem ejuſdem civitatis prior cum epiſcopo & ceteris ſuum dompnum

gau-

gaudimoniis potiti receperunt, & ingressi urbem ibi illius regionis majores confluentes ejusdem Principis dominationi subesse peroptabant. Jnter quos (*a*) Veglensis, & Arbensis episcopi cum earum civitatum Prioribus affuerunt, & pari voto supra Evangelistarum dicta juraverunt quod juxta illorum scire & posse deinceps dompni Petri fidem observare debuissent. Insuper episcopi eisdem sacris affirmaverunt quod feriatis diebus quibus laudis pompam in ecclesia depromere solebant, istius Principis nomen post (*b*) imperatorem laudis præconiis glorificarent. Croatorum itaque rex ad suæ gentis depopulationem ducem advenisse prænoscens nunciorum studio eumdem placare pacificis nixus est verbis, quod dompnus dux omnino parvipendens eosdem nuncios redire dimisit, & sic tractare cum utriusque gentis exercitu adorsus est quomodo inimicorum aditus intrare, vel quibus argumentis illorum munitissima loca indemnis capere posset. Tunc quorumdam relatione didicit quadraginta Narentanorum nobilium de Apuleis partibus, peractis negotiis, ad propria velle reverti. Decem naves hominibus oneratæ ad insulam quæ vocatur Caza, sub omni festi-

(a) Urb. *Veclensis.*

(a) Cod. uterque *imperatorum.*

 na-

natione destinavit. Qui dum irent facili certamine eosdem comprehendentes, Traorensem ad urbem accelerare voluerunt. dompnus dux utriusque & Dalmatianorum ac Veneticorum militibus circumseptus sexto die prædictam urbem relinquens, ad quamdam non longe a Belgradense urbe insulam advenit. De qua talem legationem civibus mittere placuit ut si spontaneum famulicium persolvere & fidelitatem sibi jurare vellent, gratiam adipisci valerent. Sin autem se certamine (1) capturos procul dubio scirent. Hoc vero audientes dompni sui Sclavorum scilicet Regis, periculum incurrere formidabant, & tanto Principi resistere non valebant. Unde utroque discrimine positi, quid agere penitus ignorabant. Tandem timoratione dompni ducis attriti, astantibus ejusdem Regis militibus, & sacramenta & obsequium persolverunt. Egressus vero inde, Levigrade insulæ (2) colones egregio duci occurrentes sacramenta prompte fecerunt. Cumque (3) Traorensem urbem peteret,

(1) Pro *capiendos*, seu si mavis *capturum* sc. eos.

(2) Scil. *incolæ*.

(3) Nempe *Tragurium*.

teret, ab episcopo civibusque sacramentis corroboratus est. inibi suos quos antea ex Jatrensi Civitate misisse diximus victores re- P. 27. f. v. perit. Sclavorum etiam regis frater (a) Su- (a) Urb. Surgia. rigna nomine aderat, qui quondam fraterno dolo deceptus, regni amiserat diadema. Ipse namque non modo sacramenti vinculo se eidem duci associavit verum etiam Stephanum puerulum charissimam sobolem suam sibi pro obside commendavit. Hinc Spaletinam nobilissimam & validam urbem quæ totius Dalmatiæ metropolis constat, prædictus Princeps advenit, quem Archiepiscopus sacro infulatus officio cum urbana tam Clericorum, quam Laicorum multitudine excepit, & missarum solempnia celebrans ex voto jusjurandi fide eidem omnes placare satagerunt. Narentanorum quidem Princeps quadraginta suorum in captivitatem mancipatos expertus est. qui suis internunciis dompnum ducem continua prece sibi illos reddi imploravit. Hoc videlicet pacto quod priusquam ipse dux de illis exiret finibus, tam ille Narentanorum Princeps quam omnes sui majores sibi ad satisfaciendum pro suis votis convenirent, & nec censum prædi-

ſtum aliquo modo exiere (1), nec quempiam iterantem Veneticum moleſtare deberent. Tunc dux captivos reddere jubens, ſex tantum illorum, ne ipſe pacem violaſſet, retentos ſecum reſervavit. His definitis, ad alios illius regionis ſubjugandos greſſum tendere cœpit. Apud ſancti Maximi eccleſiam hoſpitium habere dum voluiſſet, Curzolæ inſulæ habitatores ſui recuſantes parere juſſionibus, valida manu acquiſivit ſuæque poteſtati ſubjugavit. Præterea dum idem dux quicquid cordi aderat, Deo fautore conſequeretur, improbos [2] Ladeſtinæ inſulæ habitatores aggredi conatus eſt. A quorum rabie Venetici illa pernavigantes loca, propriis facultatibus privati, nudi ſæpiſſime evaſerant. Erat ſiquidem eadem inſula ſcopuloſis promuntoriis circumſepta & licet

(1) Scilicet *exigere*.

(2) Dandulus in Chronic. qui hæc etiam excerpſit, legit *leſinæ inſulæ*, renuente tamen Tartarotto, qui Chronographi noſtri (ſed male, ni fallimur) lectionem præfert. *Ladeſta* vel *Ladeſtum* una e Lyburnicarum Inſularum, ut ait Stephanus *de Urbib.* in voce, illa eadem eſt quæ poſtmodum *Leſina*. Chronographus noſter priſca appellatione, Dandulus vero recentiori quaſi interpretatus veterem ſcriptorem, unam eademque inſulam indigitant. Quid itaque in Dandulo immutandum?

cet aditum intrantibus non denegaret, montium tamen sublimitate ostentabatur. E quibus unus murorum mœnibus, turriumque ædificiis munitus, inexpugnabilis ab omnibus credebatur. Deinde vero prædictus Princeps multitudine navium collecta, quemdam illius insulæ portum penetravit (*a*) mandans civibus ut relicta pertinacia ad se venirent aut pugna sese (*b*) petituros scirent, Qui timore constricti pacifica verba protulerunt. Postmodum illis injunctum fuit nulla ratione pacem a duce consequi posse nisi civitatem ipsi destruerent. destructam vero irreparabilem inhabitabilemque relinquerent. Quod omni nixu facere interdicentes, tanto exercitui sese obsistere adorsi sunt. Tunc idem Princeps suos ad certamen præparare illosque impugnare acriter jussit. Verum quia arduus locus difficilem dabat appropinquantibus ingressum, jaculorum ictibus hostes aliquamdiu procul virtute qua poterant, coercere (*c*) satagebat. Tamen Dei Omnipotentis dispensatione major pars exercitus ex illo loco unde illius munitionis ostia patebant, impetum facientes, reliqua montis per devia conscendendo turres ubi aquarum vascula tuebantur, comprehenderunt. In qui-

(a) Urb. *mandatis*.

(b) Id. Cod. *petituros*.

(c) Id. Cod. *satagebant*.

quibus consistentes in tantum luctamine comprimebant donec dejecti cum armis depositis nil amplius quam mortis exosum periculum evadere flexis exorabant popolitibus. Dux itaque pietatis amator omnes vivos conservare instituens, civitatem tantum devastare præcepit. Quo peracto, victor Princeps sancti Maximi ecclesiam reciprocavit. Illic Ragusiensis Archiepiscopus cum suis conveniens eidem Principi sacramenta omnes facientes obsequia multa detulerunt. Inde prædictas civitates repetendo remeans ad Venetiam cum tali triumpho tandem regressus est.

Ann. 998. Interea Otho imperator ad italicum Regnum tertio repetere disponens per vasti Cumani lacus gurgites aditum habere voluit. quem Langobardorum multitudo Cumana in urbe exceperunt, inter quos Johannes diaconus supradicti Petri ducis nuncius licet de sui senioris triumpho ignarus advenit, suumque seniorem tantum profectum ad debellandam Sclavorum duritiem imperatori nunciavit. Cumque isdem Johannes una cum imperatore Ticinensem adiret urbem,(1) non-

(1) *Leg. nonnullis referentibus de sui domini adventu & triumpho*

nonnullis referentibus sui domini adventum, de triumpho extitit expertus. Cui imperator ad propria jam redire volenti, hoc secretum injungens suo seniori delegavit ut si possibile foret, dilectionis gratia in aliquo suæ potestatis loco clam vellet venire, & tanti viri & compatris præsentia & sagacitate potiri. dux namque quamquam avide tale audiret nuncium, tamen numquam hoc fieri posse credebat quo tantorum Regnorum Princeps, suis ignorantibus, expedite aliena jura valeret intrare. Verum cum suorum nemine eundem communicare sermonem volens, tacitus sibi in corde servabat. Prædictus vero Cæsar, Ticinense relicta urbe, per Tusciæ Alpes Romanum optabile petiit solium. Deinde in abstinentia quæ Paschalem antecedit solepmnitatem Ravennam descendere curavit. Cui Petrus dux eumdem Johannem diaconum destinavit. a quo benigne susceptus, importune id ipsum quod antea dixerat reciprocare satagebat. Unde factum est ut inter utrasque partes sæpedicto Johanne diacono crebro discurrendo, tale ventilaretur negotium. P. 28. f. v. Demum imperator salubre a duce accepto consilio, sacrum diem Paschalem devotissime celebrans,

brans, omnibus majoribus ſuis indicavit ſe purgationis poculum apud ſanctæ Mariæ monaſterium in quadam inſula, quæ Pompoſia nominatur, accipere & aliquantis inibi diebus commorari velle. Manet ſiquidem eadem inſula non procul a Venetia, ex ima parte marino littore, ex aliis Eridani cingitur fluentis. His dictis dies ſtatuta eſt in qua ille & ſancti Marci oraculum & diu deſideratum compatrem adiret. Tunc cum aliquantis quibus hoc familiariter commiſſum habebat intrans navim prædictum petiit monaſterium. Ubi minime pernoctans, Abbate cum monacis aſtantibus, ejuſdem monaſterii quoddam hoſpitiolum prævidens, præparari juſſit. In quos per triduum curationis potum cuſtodire ſimulabat. Nocte itaque perventa parvam naviculam aſcendit qua prædictus (1) Johannes diaconus ad ipſius in-

(1) Suſpicio mihi ſemper fuit hunc nimirum Johannem diaconum Chronici hujus fuiſſe auctorem. Idque mihi imprimis ſuaſerat pleniſſima hæc & tam diligens de adventu Cæſaris Venetias narratio, rerumque ea de cauſſa geſtarum, quæ ſane omnia non omnibus nota eſſe poterant (clam enim ut plurimum agebantur) ſed iis tantummodo quibus intima ducis conſilia adſequi contigiſſet, quod eidem diacono ultro eveniſſe nemo iſta legens inficias ibit.

insulæ marginem præstolando latitabat. Hecilinus vero Comes qui postea Bajovariorum dux effectus est, & Raimbaldus Tarvisianus Comes, Teupernus bellicosissimus vir, Rainardus (1) tamocamerarii, Walterus unicus capellanus, Federicus qui postmodum Ravennæ Archiepiscopus extitit, simul in prædictam navim ascenderunt qui tota nocte & die] nautis inquiete navigantibus, jam sequentis in tempestate noctis sancti Servuli ecclesiam quæ non longe a ducis palatio sita decernitur, applicuerunt. Ubi Petrus præpotens dux tanti hominis occulte adventum præstolabatur. & quia tetræ noctis obscuritate minime conspici vicissim sese valebant, inter amplexus & novi hospitis dulcissima oscula, dux taliter illum allocutus est. si vis sancti Zachariæ monasterium prævidere instanter te oportet illuc ire quo lucis ante crepusculum in palatii mei (a) minus queas dignissime hospitari. Deinde navim uterque ascendens, alter ad proprium palatium, alter qui-

(a) Cod. uterque *maniis*.

(1) Quondam officium Imperialis aulæ indicet vox hæc *tamocamerarius* lubens fateor igme norare. Incomperta mihi est. Legerem tamen non invitus *Teupernus. Rainardus, ambo camerarii*; neglectis Mss. qui omnes legunt *tamocamerarii*.

quidem prædictum petiit monasterium. Postquam illius ingressus monasterii ipsi patefactus foret, ecclesiam intravit & haud tamen illic diutius commoratus est. sed ut condictum fuerat ad palatium venit, & omni decoritate illius perlustrata, in orientali turre se cum duobus suis retrudi, & servari voluit. Erat sane vili ne agnosceretur habitu indutus. Præfatus vero Hecilinus cum ceteris ducem de matutinali officio venientem ante sancti Marci limina exceperunt. Cui salutaria verba ne circumstantes hoc secretum sentirent ex imperiali parte pertulerunt. Quibus dux quomodo imperator vigeret vel ubi esset, inquiens, requisivit. At illi apud Pomposiæ monasterium eumdem sospitem dimisisse responderunt. Et datis osculis, hospitari illos juxta palatium jubens, ipse vero imperatorem adivit. Neque fas duci fuerat cum imperatore per totum diem in prædicta turre manere ne quis Veneticorum hujuscemodi rei capacitatem posset sentire. Ad prandii refectionem cum aliis palam conveniebat, sero una cum Cæsare dapibus & colloquiis reficiebatur (*sic*). Ad perfectæ namque fidei vinculum confirmandum, filia ducis adhuc cathicumina de sacro Baptismatis lavacro Cæsar susce-

fuſcepit. Pallium quidem quod pro pacti fœdere a Veneticis ſupra quinquaginta libras (1) perſolvebatur, eidem ſuo compatri duci perpetua ſcriptione donabat. Et omnia commoda illi firmiter dehinc impertiri pro votis promittebat. Sed nihil dux ei exigere volens niſi ut eccleſiarum ſuarum ſeu omnium Veneticorum prædiis integre ſolidatis, in ſtatu ſuis temporibus conſervaret. Altero autem die cum jam redeundi licitum habere volebat, diverſarum generum fortunis dux eum munerare voluit. qui nihil horum continere cupiebat, dicens. illud mihi crimen inducere nolo, ne quis cupiditatis & non ſancti Marci, tuæque dilectionis cauſſa me huc veniſſe aſtruat. Tamen importunis coarctatus precibus, eburneum ſedile cum ſuo ſubſellio, nec non argenteum ſcyphum & urceum miro peractum opere dono licet invitus recepit. Datoque oſculo, lacrymantibus

(1) Scilicet pro rebus, privilegiis, & immunitatibus quibus Venetici in Italico Regno gaudebant, veluti ſequentia dilucide oſtendunt, & luculenter evincunt iterata Augg. diplomata per ea tempora Veneticorum ducibus data, in caſſum oblatrantibus Venetæ primævæ Libertatis haud æquis cenſoribus. *Dandul.* in Chron. hæc eadem habet, & poſt Dandulum *Muratorius* in Annal. Ital. *ad annum* 998.

bus utrisque, separati sunt. Hecilinus siquidem & ceteri antedicti non illo sed altero die licentiam perceperunt. Imperator cum duobus tantum, & Johanne diacono navim intrans prædictum occulte in nocte regressus est ad monasterium. Mane vero se præstolantibus videre inopinate exhibuit: & Ravennam cum prælibati Johannis diaconi navi properans, de Venetia se reverti omnibus prodiit. Quod difficile credere volentes admodum mirabantur. Dux itaque omnem Veneticorum populum post triduum in palatio convenire indixit. Cui hujuscemodi gestum patefaciens non minus fidem Imperatoris quam peritiam sui senioris collaudabat. Eodem quoque tempore Beneventanos cives audivit imperator sibi rebellare, quibus aggressis suo imperio potenter subjugavit, multosque interfecit. His peractis Ravennam iterum adveniens Papiensem deinde petiit urbem. Ibique Romanos cives dominationis jugo abjecto sibi repugnaturos audivit. Contra quos patricium suum nomine Zazonem cum exercitu mittens, ipse navigio Ravennam instanter descendit. Eo tempore duo imperialia ornamenta auro miro opere facta Cæsar per Johannem diaconum Petro suo

Com.

Compatri duci unum ex Papienfi, aliud ex Ravennati urbe dono tranfmifit. Cui dux recompenfationis gratia cathedram (*a*) artificiofe fculpam tabulis per eumdem diaconum Ravennæ direxit. Quam av le fufcipiens in eadem urbe confervandam reliquit. Dehinc Romanam dum vellet validam urbem repetere, civium infidias formidans, in quodam caftellum Paternum nomine afcendit. Ubi infelix non diu fofpes manens, inter dulces (*fic*) annos corpoream dure vitam amifit. De cujus funere gentes ubique minime tunc quæftu filebant. Corpufculum vero ejus Colonienfi archiepifcopo cum ceteris deferente in Aquifgrani palatium fuerat delatum ut cum deceffore fuo piæ memoriæ Karolo M. queat judicialem fibi præftolari diem.

Pag. 30.

(a) Vat. & Urb addunt *Elephantinis*.

Poft hunc Henricus Regalis dux profapia de regia ortus Regnorum rite fufcepit diadema, quamquam Ardoinus Comitis Dadonis filius apud Ticinum quibufdam Langobardorum fibi faventibus Regni coronam ufurparet. Tamen illorum major pars Henrici regis expectabat adventum.

Anno quidem Incarnationis Redemptoris noftri millefimo quarto, ducatus vero dompni Petri Veneticorum ac Dalmaticorum du- Ann. 1004

I cis

JOHANNES URSEOLUS DUX cum patre.

cis decimo Johannes ejuſdem ducis egreja proles genitoris effectus eſt conſors dignitate. Quæ dum tertia ætas octavodecimo anno ephebum foveret nimirum paterno ingenio, & probitate vigebat. qui pii parentis adeo obtemperare ſtuduit moribus ut ſub gemino regimine omnis patria uno maneret fœdere. Eodem vero anno Sarracenorum multitudo Apulienſium fines invadens, Varenſem Civitatem ubi Gregorius imperialis Catapanus præerat ex omni parte obſidione circumdabat. Quod audiens Petrus præpotens dux præparare maximam expeditionem juſſit. Sanctique Laurentii in ſolempni die de Venecia exiens, eoſdem expugnaturus aggreſſus eſt. Qui vaſtum per mare velificando terrarum diverſa loca dum tranſiret, octavo idus Septembris prædictam urbem appro-

Pag. 30.

pinquabat. Sarracenorum nempe uterque exercitus cernens inſperatam ſalutem Chriſtianis advenire armatis manibus, alii ſupra equos littore aſtabant, alii naves aſcendentes Chriſtianos ad certamen audacter provocabant. Sed divina propitiatione dompnus Petrus dux cum omnibus ſuis antedictæ civitatis in portum indemnis ingreſſus eſt. Quem cives una cum Gregorio imperiali Catapano digne ſu-

ſuſcipientes ejuſdem urbis in palatio hoſpitari fecerunt. Tunc dompnus dux quomodo urbem a paganorum ſeveritate tueri quiviſſet pertractare cœpit. Verum prius alimoniarum ſolatiis cives inediam perpeſſos ſufficienter recreavit. Tum ut viriliter contra nequiſſimam gentem bellum agerent ammonuit. (a) & virtute vexillum ſe præire jubens quoſdam in ſuburbio ad pugnandum inſtituit, quoſdam vero ſecum adſumens navale adorſus eſt peragere bellum. Unde factum eſt quatenus per triduum continuatim nunc gladiorum, nunc igneis jaculis Sarracenos acriter inſequerentur. Tertiæ noctis in ſilentio paganorum aufugit exercitus. Ceteri autem finitima loca crudeli jure mancipando poſſidebant. Non multum poſt illic degentes confuſi receſſerunt. Cives itaque dompni Petri ducis nomen deinceps celebre, & honorabile habuerunt. Qui nullo terreno ſed divino conſtrictus amore eos liberavit ab inimicorum perſecutione.

(a) Codices ambo. *victrice*.

Non puto prætermittendum fore prodigium quod cuidam Sarracenorum die quo feſtiva Dei Genetricis aſſumptio a fidelibus celebratur, divinitus oſtenſum eſt. Nam dum in ſancti Benedicti monaſterio haud procul

ab urbe, quadam munitissima turre ipse maneret, emicantem stellam ex occiduo climate perpete cursu venire ejusque civitatis in portu cadere conspexit. Hoc ut Hieronymo spirituali prænominati monasterii Patri patefactum est, statim futurum sanctæ Mariæ auxilium quæ Stella maris interpretatur, civibus advenire intellexit. quod intemerata puerpera in Petri Veneticorum ducis adventu procul dubio complevit. Quem de occiduis partibus venire permittens in suæ nativitatis festo de hoste illi concessit triumphum. Idem namque dux de illo loco nuncios suos Constantinopolin destinavit, & a Catapano imperiali multis ditatus muneribus ad Venetiam incolumis remeavit.

Hoc quoque tempore Henricus rex Othonem ducem ad Italiam cum exercitu mittens, cum Ardoino usurpativo rege juxta Alpes in campo qui Vitalis nuncupatur, pugnam peregit, & ex utraque parte multi
v. ceciderunt. Cumque hoc Henrico regi foret expertum, in sequenti anno maxima stipatus expeditione Italiam intravit, & Ardoino a Veronensi urbe expulso, omnes Langobardos potenter suo regimini subjugavit. Cui Petrus etiam Veneticorum dux in prædicta

urbe

urbe suum natum miræ pulchritudinis puerulum prece sua permotus, honorifice delegavit. quem Chrismatis divo liquore ex more fecit linire & patri optime muneratum remisit. Deinde ceteras Italiæ civitates properare disponens, Papiæ a Mediolanensi episcopo extitit coronatus. Ubi cives insidias contra suum regimen moliri cognoscens, totam pæne urbem incendio & interfectione devastavit, & tunc per Cumanum lacum ultramontanum petiit Regnum.

Hoc quoque tempore Petrus famosus dux, sedula petitione a Vassilio & Constantino imperatoribus coactus, Johannem ducem suam dilectam prolem ad Regiam urbem causa conjugii delegavit. quem imperatores dum benigne susciperent, cujusdam nobilissimi Patricii filiam Argyropoli nomine, imperiali editam stirpe, illi desponsare decreverunt. Et ut tantæ feminæ imperatorum videlicet neptis, copulationis dies accelleraret, præfatus dux una cum puella imperiali decreto in quadam capella convenire permissi sunt, ibique ab ejusdem urbis Pastore sacræ benedictionis munus, & ab imperatoribus aureas diademas suis capitibus perceperunt. Quibus dextera utroque imperatore superposita ma-

nu, aulam qua convivantium cœtus videbatur, tali decoritate pervenerunt. Prædicti namque imperatores tam egregie ac jocunde hunc peragere thalamum satagebant ut triduo convivantium gaudiis haud defuerint ipsi familiares convivæ. Hoc tali in palatio quod Yconomium nuncupatur, peracto ordine, quisquis eorum muneribus receptis, retrogadus recessit. Novicius vero dux cum sua venusta sponsa ad palatium quod jure dotalicii nuper acquisiverat, degere disposuit. Cui Vassilius imperator injungens monuit ne ab urbe discederet (1) interim de Bulgarorum finibus quos valida expugnandos manu aggredi temptabat, Dei auxilio reverteretur. Cujus monitis dux acquiescens, prompte ejus adventum præstolabatur. Ipso autem redeunte (2), Patriciatus officii dignitate eumdem sublimavit ducem. Othonem suum puerulum qui aderat (*a*) fratrum mu-

(a) Vat. & Urb. *fratrem*.

(1) Scilicet *donec*.

(2) De splendidissima Patriciatus dignitate apud Constantinopolitanos Augustos sequiorum sæculorum, præter Cangium in Gloss. in voce *Patric.* aliosque, vide integrum Caput XLVIII. L. I. Ceremon. Aulæ Byzantinæ, ubi fuse describuntur *Observanda*

muneribus tantum honoravit. Dehinc dux sponsali dote idest diversæ fortunæ copiis simulque imperialibus donis acceptis, licitum veniendi ad propria impetravit. Nam parentum conventus pernobilem puellam regionem ad exteram quasi exulem euntem, plorantes haud deerant. Dux itaque pro votis omnia consecutus, navim cum spectabili sponsa ascendens æquoreas sulcare procellas suis imperavit. Cui Græcorum seu aliarum gentium incolæ ubique usque ad Patriam non denegabant impertiri obsequia. Cumque probabili & diu anhelanti patri duorum natorum foret nunciatum adventum, cœlorum Regi gratiam agens, navium multitudine Pag. 31.

I 4 eosdem

---

vanda in promotione Patriciorum. Candidatus post longam ceremoniarum seriem ab ipsomet Imperatore coronam gestante, & in chrysotriclinio sedente constituebatur, adstantibus præposito, senatu, strategis, ceterisque Imperialis Aulæ proceribus. Postmodum, adorato Imperatore, ad Hippodromum descendebat militibus, decanis, diætariis, aliisque quam plurimis stipatus, ibique excipiebatur a Factionibus veneta & prasina adclamantibus *N. N. & Patricie*, & subinde deducebatur ad D. Sophiæ templum, in quo Patriarcha ministrante, sanctissimum Christi Corpus sumebat; oblato solenni munere ecclesiæ. Cetera vide loco laud. Patricii insignia erant scaramangium & sagum rubrum.

eosdem procul a littore fecit excipere & tali circumsepti pompa apud palatii tribunal genitorum amplexibus sunt restituti incolumes. Pater siquidem non solum suis verum exteris hominibus convivia crebra hujuscemodi thalamo facere non cessavit. Revera par gaudium nostris finibus emicuisse nemo nostrorum reminiscitur. Dompna vero Maria græca ductrix non post plures dies puerum Constantinopoli genitum Venetiæ protulit natum quem Petrus eximius dux de sacro Baptismatis lavacro suscipiens, Vassilium ab avunculi sui imperatoris nomine nomen imposuit. Circa hæc tempora prælibatus dux pro animæ suæ remedio millequinquaginta libras denariorum solatio totius suæ Patriæ Veneticis donavit, cœptique palatii opus ad unguem perduxit. Ubi inter cetera decoritatis opera dædalico instrumento capellam construere fecit quam non modo marmoreo verum aureo mirifice compsit ornatu.

Interea Petrus dux dum sibi pro votis cuncta suppeditare decerneret, plus solito subjectum æquitatis censura populum regere studebat. Sed divina providentia moderamine

æquo

æquo omnia disponens, illum in tantæ felicitatis fastigio constitutum ad suæ virtutis provectum acriter pertulit. Eodem itaque tempore stella Cometis, cujus indicium humanum semper pronunciat flagitium, in meridiano climate apparens, quam maxima per omnes Italiæ seu Venetiæ fines pestilentia subsecuta est. In quo utriusque sexus humanæ conditionis nonnulli inopinata morte ceciderunt. Inter quos dompna Maria græca ductrix, nec non Johannes egregius vir suus sexdecim dierum numero in sancti Zachariæ monasterio (proh dolor!) uno clauduntur mausoleo. De quorum funere non modo mæsti genitores velut fraterna societas deplorabant, verum omnis Patria lacrimis & dolore tabescebat. Fuerunt namque omni probitate in tantum famosi ut deo & hominibus ambo boni complacerent. Sex annorum spacio tantum sub patris regimine Venetiæ præfuit populo. Sed ut tanti mœroris quodam præsidium adesset consolationis, pari consensu Venetici interpellantes dompni Petri Principis alterum natum scilicet Othonem regalem puerum ducatus dignitate sublimavere. Qui quamquam terrena ætate quatuordecim annorum flore vegetaret, tamen adeo in-

Otho Urseolus dux cum patre. P. 31. f. v.

ingenii facundia vigebat quoad altero fratre non probitate sed ætate diceretur secundus. Præterea Petrus dux omnibus suis liberis paternum munus impertiri voluit ita ut testamentario jure quisquis suas acciperet portiones. Nomina quorum ut rite recordor, exprimere libet. Illorum primus herile sortitus est nomen qui forma & viribus bene respondebat suis natalibus. Secundus nominatur Ursus. Iste sic officium gerens clericatus quo haud immerito queat dici clericorum decus. Tertius est ordine Otho prædictus puerulus, patris qui constat dignitate æquivocus. Quartus nominatur Vitalis. Hic ingenii strenuitate ecclesiasticam adeptus est sortem. Quintus extat vocabulo Heinricus, species cujus puerulí ceu jubar micat solis. Quatuor quoque filiæ eidem optimo manebant patri, quarum prima Hicella nomine, Stephano Sclavorum regis filio, de qua antea prædixi, in conjugio honorifice sociavit. Reliquas vero tres in monasterio Deo omnipotenti mancipavit. His itaque bene compositis, Mariæ generosæ suæ uxoris thorum sequestratum habere deinceps decrevit, ea videlicet ratione quod nullum divortium foret in familiaritatis conversatione.

ne.

ne. Deinde quicquid facultatis restabat totum ecclesiis & pauperibus erogans, nihil sibi præter dignitatem reservabat. Anno igitur Incarnationis Jesu Christi domini nostri Ann. 1008.
millesimo octavo Valerio Altinatis ecclesiæ Præsule mortuo qui episcopalem cathedram rexit annis viginti, quindecim diebus tantummodo minus, Ursus prædicti dompni Petri ducis filius Clero & populo consulente, in eadem subrogatus est sede. Hujus (a) (a) Urb. *adolescentis.*
adulentis mores meo famine perstringere volo. Erat nempe fide religiosus, specie decorus, ingenio providus, industria litterarum ita peritus ut tanti honoris a cunctis dignus diceretur. In cujus ordinationis exordio Petrus dux & præclarus suus genitor totam sanctæ Mariæ domum & ecclesiam jam pæne vestutate consumptam recreare studiosissime fecit.

Quadam die nos Joannes Sagornino (1)

I 6 fer.

(1) In marg.Cod. legitur *Johannes Sagorninus hujus libelli auctor*. Verum hæc, ni fæde hallucinamur, a recentiori scriptore adjecta sunt; quod eo magis dicendum de chronotaxi Ducum quorundam, ceterisque subsequentibus historiæ laciniis, quo magis stylus, tempora, & materies a superiori Chronico aperte discrepant. Nihili itaque faciendus adnotator qui deceptus

ferrarius infimul cum cunctis meis parentibus in unum convenimus (*a*) a tempore dompni Petri Barbolani ducis, & requirebat nobis fuoque Gaftaldo, quod in Curte ferrum laborare debuiffemus. Sed tamen omnibus modis contradiximus nifi tantum quod laborare debeamus per noftras manfiones quicquid neceffitatem fuiffet, omnique tempore ad prædictum palacium quantum nobis deportaffet carcerarius. Unde nos illo tempore ita comprobavimus cum teftibus & judicatum extitit nobis ut jurare debuiffemus ad fancta dei quatuor evangelia. Sed in diebus prædicti noftris fenioris jam dictum facramentum minime fecimus. (*b*) Nunc autem nos venimus ante præfentiam dompni Dominici Flabiani Gloriofiffimi ducis fenioris noftri, cum ipfe refidebat in palacio cum fuis judicibus, & ibi aftante maxima parte fuorum fidelium, cæpimus nos lamentari

(a) Cod. Urb *ad tempore*.

(b) Cod. Urb. *fic*. Ann 1032. Pag. 32.

ptus Sagornini nomine memoriæ fuæ confulentis, & forenfem controverfiam ad calcem codicis, ubi pagina forte vacabat, adfcribentis, putavit temere fabrum ferrarium Chronici fuiffe auctorem. Haud ita vero parvipendenda ejufdem Sagornini de rebus fuis hiftoriola, per quam docemur qua lingua tunc temporis noftri homines uterentur, fcilicet latina quamquam non parum incompta, barbariceque detorta. Nemo enim erit qui putare velit fabrum ferrarium XI. fæculi alia lingua fcribere potuiffe quam ea qua quotidie utebatur.

ri [1] de virtute quæ Gastaldus Fabri Ferrarii nobis faciebat. Denique judicaverunt & confirmaverunt ut secundum quod [a] a tempore præfati Petri Barbolani jurare debuissemus, ita modo adimplere debemus, quod ita fecimus. Sed piissimus gloriosus dux senior noster notitiam scriptionis exinde nobis fecit ut in curte palatii ferrum laborare minime debeamus (b, nisi tantum in nostris mansionibus laborare debeamus ferrum quantum carcerarius hujus palacii nobis deportat cum omni nostro prætio & expendio. Itaque ceteri fabri de illorum capitibus persolvunt (*sic*) (c) & liceat nobis cunctum ferrum laborare secundum quod ceteri fabri laborant.

(a) Ib. *ad tempore.*

(b) Cod. Urb. addit. *nec sub jugo gastaldioni fabri permanere debeamus.*

(c) Id. Cod. *Ita quod.*

Paulinus dux ducavit ann. xx. menses vi. dies ix.

Marcellus dux ducavit annos VIII. dies XXI.

Ursus dux ducavit annos XI. & menses V.

Post interfectionem Ursi ducis in an. VI. non fuerunt duces in Venetia. Sed Magister Militum eam judicabat idest dompnus Leo Magister Militum sedit anno I. Felix Magister Militum sedit anno I. Deusdedi annis II. Jubianus Ypatus anno I. Johannes Fabriacus anno I.

Deus-

(1) *Virtus* hoc loco sumitur pro *præcepto*, *mandato*, vel quid simile.

Deusdedi Ypatus ducavit an. XIII. Galla ducavit an. I. & menses II.

Dominicus dux ducavit an. VIII. Mauricius dux an. XXIII.

Joannes dux ducavit an. XXV. Obelerius dux, & Beatus federunt an. V. Agnellus dux ducavit an. XVIII. Justinianus dux ducavit an. I. menses II. Johannes dux ducavit an. VIII. Petrus dux ducavit an. XXIX. Ursus dux ducavit an. XVII. Johannes dux ducavit an. V. & menses VI. Petrus dux ducavit menses VI. Petrus dux Trondonico (*sic*) ducavit an. XXIII. & dies XXIII. Ursus dux ducavit an. XX. Petrus Candiano ducavit an. V. Petrus Badoario ducavit an. III. Petrus Candiano ducavit an. XXIII. Petrus Candiano filius ejus ducavit an. XVIII. Petrus Ursiolo ducavit an. II. & dies XX. Vitalis Candiano ducavit an. I. & menses II. Tribunus dux ducavit an. & menses IV.

(a) Lege *palliis* cum Urb Ann. 1009. Pag. 42 f. v.

OTHO URSEOLUS DUX.

Inquisitio facta est de pallie, (*a*) quæ portabant per loca Italiæ. Veni ego Otho dux in publico placito cum majores judices nostræ terræ, mediocres & minores. testificaverunt Badoarius Bragadino & Mauricius Maureceni & Dominicus Florentius Flabianicus quod in nullis partibus Italiæ debuissent pallia portare, nec venundare nisi a Papia

pia, & a Mercato sancti Martini & Olivo.

Hic in Italia regnavit Alboin. an. III. & menses VI. Cleps regnavit an. & menses VI. Longobardi Regem non habuerunt per an. X. Authari regnavit an. VI. Agdulfus regnavit ann. XXV. Adaloald regnavit an. X. Arioald regnavit ann. XII. Rothari regnavit an. XVI. & menses IV. Rodoald regnavit an. V. Aripert regnavit an. IX. Grimoald regnavit an. IX. Bertari regnavit an. XVII. Gombert regnavit an. XII. Lauperto regnavit menses VIII. Aripert regnavit an. XII. Ansprando menses III. Luitprando regnavit an. XXXI. & menses VII. Idprand regnavit menses VII. Ratchiso regnavit an. IV. menses IX. Agistulpho regnavit an. VII. Desiderio regnavit an. XVII. & menses III.

Anno ab Incarnatione Domini DCCLXXIII. Karolus Rex in Italiam introivit, eamque cæpit. Regnavit an. XLVI. Mortuo quo Karolo Rege, successit Lodovicus qui rexit Regnum an. LIX. & mortuus est. Huic successit Karolus qui Regnum rexit an. II. Defuncto Karolo successit ei Karlomannus, qui Regnum rexit an. III. Mortuo jamdicto Karlomanno successit Karolus Junior Frater ejus, qui Regnum rexit an. IX. Successit Berengarius Imperator.

F I N I S.

IMPRESSUM. VENETIIS
OPE. ET. CONSILIO
IOSEPHI FARSETTI. V. P.
QUI. HONORE. CONTENTUS
IMPENSAM. REMISIT
ANNO. REP. SALUTIS
cIɔIɔCCLXV

ΟΥ ΓΑΡ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ ΔΑΠΑΝΗΡΟΣ Ο ΜΕΓΑΛΟΠΡΕΠΗΣ
ΑΛΛ' ΕΙΣ ΤΑ ΚΟΙΝΑ.

INDICULUS

Rerum, & verborum.

Gre-

H

I

L

Pe-

T

V

Ur-

F I N I S.

Errata	sic	Emenda
Pag. v. *averso & adverso*		adverso & averso
vii. in not. *mos*		mox.
28. *pervenit*		pervenerit
56. *Ann* 490		Ann. 890.
105. *Quondam*.		Quodnam.